DOMINI NOSTRI SACRATISSIMI PRINCIPIS q. 1 f. 20

IUSTINIANI

IURIS ENUCLEATI EX OMNI UETERE IURE COLLECTI

DIGESTORUM SEU PANDECTARUM

LIBER PRIMUS.

I.

℟ DE IUSTITIA ET IURE ℟.

1 ULPIANUS libro primo institutionum. Iuri operam daturum prius [B. 2, 1, 1. Ep. 1, 1 – 3. 6. 40] nosse oportet, unde nomen iuris descendat. est autem a iustitia appellatum: nam, ut ele-
1 ganter Celsus definit, ius est ars boni et aequi. Cuius merito quis nos sacerdotes appellet: iustitiam namque colimus et boni et aequi notitiam profitemur, aequum ab iniquo sepa-
2 rantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu poenarum, uerum etiam praemiorum quoque exhortatione efficere cupientes, ueram nisi fallor philosophiam, non simulatam affectantes. Huius studii duae sunt positiones, publicum et priua- [(Ep.) I. 1, 1, 4. 1, 2, 1]
tum. publicum ius est quod ad statum rei Romanae spectat, priuatum quod ad singulorum utilitatem: sunt enim quaedam publice utilia, quaedam priuatim. publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus constitit[1]. priuatum ius tripertitum est: collectum etenim est
3 ex naturalibus praeceptis aut gentium aut ciuilibus. Ius naturale est, quod natura omnia animalia docuit: nam ius istud non humani generis proprium, sed omnium animalium, quae in terra, quae in mari nascuntur, auium quoque commune est. hinc descendit maris atque feminae coniunctio, quam nos matrimonium appellamus, hinc liberorum procreatio, hinc edu-
4 catio: uidemus etenim cetera quoque animalia, feras etiam istius iuris peritia censeri. Ius [(I.)] gentium est, quo gentes humanae utuntur. quod a naturali recedere facile intellegere licet, quia illud omnibus animalibus, hoc solis hominibus inter se commune sit.

2 POMPONIUS libro singulari enchiridii. Ueluti erga deum religio: ut paren- [B. 2, 1, 2] *P
tibus et patriae pareamus:

3 FLORENTINUS libro primo institutionum. ut uim atque iniuriam pro- [B. 2, 1, 3. Ep. 2, 15] S
pulsemus: nam iure hoc euenit, ut quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit, iure

FRP(VU)

[1] consistit (*uide infra*)?

1—5 *sic F, ubi* 3 iure *atramento suppletur; inscriptio nulla in RP. Uide praef.* 5 lib. I *F* | 6 *rubricae numerus abest a F cum hic tum passim, v. praef.* 7 iustitia et] iusticie *R* | ℟ *om. F* 9 oportet 't' *F* | a *om. R* | eleganteir *F* 10 definic ius *R* | ars boni] sbo *hodie fere euanuit F* 11 et aequi] aequaequi *R* 12 illicito] inlicitum *R* | poenarem F^1 13 q'uoq'ue F^2 14 publicum et priuatum *bis F (em. f)* 15 speciat *R* 16 publicae *F* | priuatum P^2 17 consistit *PVU*, CYNICTATAI *B* | e's'tenim est *F*, est enim *PV Inst.*, enim est *U* 19 ius's' *F* | proprium] proprium est *P*, est proprium *U* | quae in terra *bis* F^{ac}, quae in terra quae in celo *ex Inst. V* 20 auum *R* 21 coniugatio *PVU Inst.* | hinc lib.] in hic lib. F^{ac}, lib. *U* 22 etenim] $F^{vm}P$, est enim F^{ac}, enim *V*, et *U* 23 quo] quod *R* | a *om.* F^{vc} 24 hoc solis hominibus *bis* F^{ac} | communes sit *R* 25 pomponius] ....onius *primis litteris euanidis F* | libros *R* 26 et patriae] patriae *PV* 27 florentinus *R*, florentius *PU* | propolsemus F^{ac}

fecisse existimetur, et cum inter nos cognationem quandam natura constituit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse.

4 ULPIANUS libro primo institutionum. Manumissiones quoque iuris gentium sunt. est autem manumissio de manu missio, id est datio libertatis: nam quamdiu quis in seruitute est, manui et potestati suppositus est, manumissus liberatur potestate. quae res a iure gentium originem sumpsit, utpote cum iure naturali omnes liberi nascerentur nec esset nota manumissio, cum seruitus esset incoguita: sed posteaquam iure gentium seruitus inuasit, secutum est beneficium manumissionis. et cum uno naturali nomine homines appellaremur, iure gentium tria genera esse coeperunt: liberi et his contrarium serui et tertium genus liberti, id est hi qui desierant esse serui. [I. 1, 5 pr. B. 2, 1, 4] S

5 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Ex hoc iure gentium introducta bella, discretae gentes, regna condita, dominia distincta, agris termini positi, aedificia collocata, commercium, emptiones uenditiones, locationes conductiones, obligationes institutae: exceptis quibusdam quae iure ciuili introductae sunt. [B. 2, 1, 5] *P

6 ULPIANUS libro primo institutionum. Ius ciuile est, quod neque in totum a naturali uel gentium recedit nec per omnia ei[1] seruit: itaque cum ‖ aliquid addimus uel detrahi- [B. 2, 1, 6] S f. 20
1 mus iuri communi, ius proprium, id est ciuile efficimus. Hoc igitur ius nostrum con- [I. 1, 2, 3]
stat aut ex scripto aut sine scripto, ut apud Graecos: τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι.

7 PAPINIANUS libro secundo definitionum. Ius autem ciuile est, quod ex legibus, plebis scitis, senatus consultis, decretis principum, auctoritate prudentium uenit. [B. 2, 1, 7] *P
1 Ius praetorium est, quod praetores introduxerunt adiuuandi uel supplendi uel corrigendi iuris ciuilis gratia propter utilitatem publicam. quod et honorarium dicitur ad honorem[2] praetorum sic nominatum. (B)

8 MARCIANUS libro primo institutionum. Nam et ipsum ius honorarium uiua uox est iuris ciuilis. [B. 2, 1, 8] S

9 GAIUS libro primo institutionum. Omnes populi, qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum iure utuntur. nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium ciuitatis[3] est uocaturque ius ciuile, quasi ius proprium ipsius ciuitatis: quod uero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes[4] peraeque custoditur uocaturque ius gentium, quasi quo iure omnes gentes utuntur. [Gai. 1, 1. B. 2, 1, 9] S

10 ULPIANUS libro primo regularum. Iustitia est constans et perpetua uoluntas ius suum cuique tribuendi[5]. Iuris praecepta sunt haec: honeste
1 uiuere, alterum non laedere, suum cuique tribuere. Iuris prudentia est diuinarum atque
2 humanarum rerum notitia, iusti atque iniusti scientia. [I. 1, 1 pr. 3. 1. B. 2, 1, 10. Ep. 1, 4—6] S

11 PAULUS libro quarto decimo ad Sabinum. Ius pluribus modis dicitur: uno *FRP(VU)* [B. 2, 1, 11] S

[1] eis (*Brencm.: u. i.*)? [2] ab honore (*dett.*)? [3] ciuitatis *habent etiam Inst. 1, 2, 1, om. Gaius recte* [4] populos *ins. Gaius et Inst. recte* [5] tribuens (*u. i.*)?

1 naturam *R* 2 mini insidiari ne] *sic f²*, minehoinscidiari ne *f¹ in litura; inc. F* | nefas] ineffas *R* 3 manumissione's *F* 4 de manu missio id est *om. PVU* 5 potestates *R* 6 sum's'p'i'sit *F* | utposte *R* 7 notam *R* 8 naturalis *R* 9 genere *R* 11 germogeminianus *P* | gentium] gen *R* 12 introducta] *FP*, introductam *R*, introducta sunt *VU* 13 collata *PVU* 14 iure] a iure *fRPU* | introductae] *fRPU*, introducta *F*; καὶ τὰ συναλλάγματα καὶ αἱ ἐνοχαὶ πάντα σχεδὸν τοῦ ἐθνικοῦ ἐστί· τινὰ δὲ καὶ ὁ πολιτικὸς ἐφεῦρεν *B* 16 ei seruit] αὐτοῖς ἕπεται *B, quod ducit ad lectionem* eis seruit | 'de'trahimus *F²* 17 icitur *F* 18 gra'e'cos *F²* | *Graeca recte* (*nisi quod* αγραφοι) *F, recte fere* (*nisi quod* ετγραφοι *et* ασραφοι) *R*, ιονηωμωνωνμηηνεττραφωγλεάςφωγ *P*, τονωγαγμηνετγραφαγαγυαγραφογ *V*, τονωμωνωζμητγραφωωγαςραφωγ *U* 19 papianus *R* | ex] et *P* 20 decretis *om. R* . 21 i'u's *F²* | est *om. PU* | adiuuand *R* 22 honerarium *P* | ab honore *PVU* | praetorem *R*, praetorio *V* 24 uiua] *FP¹U*, uiuaa *R*, quia uiua *P²*, quasi uiua *V* 26 primo] secundo *PVU* 29 ius propr.] huius propr. *P²* 30 gentium] centium *F* 31 gentes] centes *F* 33 tribuendi] tribuens *Inst. cum B et Ep.*: δικαιοσύνη ἐστὶ σταθηρὰ βούλησις καὶ διηνεκὴς ἑκάστῳ τὸ ἴδιον ἀπονέμουσα δίκαιον 34 cuique] quique *F¹*, quuique *R*, unicuique *U* | iurisprudenti *F* (*suppl. f*) | est *om. P²* 35 ini'u'sti *F²* 36 plurimus *P²*

modo, cum id quod semper aequum ac bonum est ius dicitur, ut est ius naturale. altero modo, quod omnibus aut pluribus in quaque ciuitate utile est, ut est ius ciuile. nec minus ius recte appellatur in ciuitate nostra ius honorarium. praetor quoque ius reddere dicitur etiam cum inique decernit, relatione scilicet facta non ad id quod ita praetor fecit, sed ad illud quod praetorem facere conuenit. alia significatione ius dicitur locus in quo ius reditur, appellatione collata ab eo quod fit in eo ubi fit. quem locum determinare hoc modo possumus: ubicumque praetor salua maiestate imperii sui saluoque more maiorum ius dicere constituit, is locus recte ius appellatur.

12 MARCIANUS libro primo institutionum. Nonnumquam ius etiam pro necessitudine dicimus ueluti 'est mihi ius cognationis uel adfinitatis.' [B. 2, 1. 12] S*

II.

℟ DE ORIGINE IURIS ET OMNIUM MAGISTRATUUM ET SUCCESSIONE *PRUDENTIUM* ℟

1 GAIUS libro primo ad legem duodecim tabularum. Facturus legum uetustarum interpretationem necessario prius[1] ab urbis initiis repetendum existimaui, non quia uelim uerbosos commentarios facere, sed quod in omnibus rebus animaduerto id perfectum esse, quod ex omnibus suis partibus constaret: et certe cuiusque rei * potissima pars principium est. deinde si in foro causas dicentibus nefas ut ita dixerim uidetur esse nulla praefatione facta iudici rem exponere: quanto magis interpretationem promittentibus inconueniens erit omissis initiis atque origine non repetita atque illo‖tis ut ita dixerim manibus protinus materiam interpretationis tractare? namque nisi fallor istae praefationes et libentius nos ad lectionem propositae materiae producunt et cum ibi uenerimus, euidentiorem praestant intellectum. [Ep. 1, 38. 14, 70] P

2 POMPONIUS libro singulari enchiridii. Necessarium itaque nobis uidetur ipsius iuris
1 originem atque processum demonstrare. Et quidem initio ciuitatis nostrae populus sine lege certa, sine iure certo primum agere instituit omniaque manu a regibus gubernabantur.
2 Postea aucta ad aliquem modum ciuitate ipsum Romulum traditur populum in triginta partes diuisisse, quas partes curias appellauit propterea quod tunc reipublicae curam per sententias partium earum expediebat. et ita leges quasdam et ipse curiatas ad populum tulit: tulerunt et sequentes reges. quae omnes conscriptae exstant in libro Sexti Papirii, qui fuit illis temporibus, quibus Superbus Demarati Corinthii filius, ex principalibus uiris. is liber, ut diximus, appellatur ius ciuile Papirianum, non quia Papirius de suo quicquam
3 ibi adiecit, sed quod leges sine ordine latas in unum composuit. Exactis deinde regibus *FRP(VU)* [Ep. praef.] P

[1] p(opuli) R(omani) ius?

1 cum id quod] quidem id P^a, quidem id quod P^bVU 2 quaque] quacunque PU | utile est *om.* P 3 honerarium P 4 ad illud] aliud R, ad id U 7 maistate F | saluumque P^a 8 constitu'i't F^2 9 primo *om.* P^a | necessitudinem R 12. 13 *om.* F^1, *suppl., om. tamen* ℟ *utroque loco,* F^2 13 prudentium] *sic RPU et in indice F; in textu cum tota rubrica om.* F^1, eorum F^2 15 repetandum F^1 | estimani P 16 uerbos hos R, *om.* P | fatere F^1 | perfectum] τέλειον *Epit.*, rectum P^a, fectum V(?) 17 certe] ecce P^a | cuiuscunque PU | potissima] F^1, potentissima F^2RPVU, ἰσχυρότατον μέρος *Ep. Cf. Aristoteles soph. elench. c. 32 p. 183 b 22:* μέγιστον γὰρ ἴσως ἀρχὴ παντός, ὥσπερ λέγεται, *item Plato resp. II p. 377 a:* οἶσθα ὅτι ἀρχὴ παντὸς ἔργου μέγιστον 18 principum P^a | nefos F^1 19 quantum R 20 omisisis F, *inc.* R^a | ut itam R 21 istae] este R 22 lection'i'em F | propositae materiae *bis* F^{uc} | perducunt PVU | uenerimus] uenerimus huius P^bV 24 ridii n. i. nobis *om.* R | uidentur R 25 proces's'um F | demontrare F | initio] in inio P | popolus F 27 aucta] aut tam F^v | promulum R | diu. pop. in XXX partes PU 28 diuisse R 29 per sententias (sententiam PU) p. e. expe] *om.* R | curiatas (curitas P) ad p. t. tulerunt] *om.* R 30 exsistant R | sexti] ui PU, sexto V 31 demariti F^1; Σούπερβός τις ῥὴξ Δημοράτορος γιὸς Κορίνθιος *Epit.* | uiribus R 32 is] hisque R, isque PV | liber't'u's't F | papianum R | qu'am'icquam F, quiquam R 33 untim F | concoposuit R

lege tribunicia omnes leges hae exoleuerunt iterumque coepit populus Romanus incerto magis iure et consuetudine ali*qua uti* quam per latam legem, idque prope uiginti[1] annis pas-
4 sus est. Postea ne diutius hoc fieret, placuit publica auctoritate decem con- [Lydus de mag. 1, 34
stitui uiros, per quos peterentur leges a Graecis ciuitatibus et ciuitas fundaretur legibus: [(Lyd.)
quas in tabulas eboreas perscriptas pro rostris composuerunt, ut possint leges apertius percipi: 5
datumque est eis ius eo anno in ciuitate summum, uti leges et corrigerent, si opus esset, et interpretarentur neque prouocatio ab eis sicut a reliquis magistratibus fieret. qui ipsi animaduerterunt aliquid deesse istis primis legibus ideoque sequenti anno alias duas ad easdem tabulas adiecerunt: et ita ex accedenti appellatae sunt leges duodecim tabularum. quarum ferendarum auctorem fuisse decemuiris Hermodorum quendam Ephesium exulantem in Italia 10
5 quidam rettulerunt. His legibus latis coepit (ut naturaliter euenire solet, ut interpre- [(Ep.)
tatio desideraret prudentium auctoritatem) necessariam esse disputatione[2] fori. haec disputatio et hoc ius, quod sine scripto uenit compositum a prudentibus, propria parte[3] aliqua non appellatur, ut ceterae partes iuris suis nominibus designantur, datis propriis nominibus ceteris
6 partibus[4], sed communi nomine appellatur ius ciuile. Deinde ex his legibus eodem [Ep. praef. 15
tempore fere actiones compositae sunt, quibus inter se homines disceptarent: quas actiones ne populus prout uellet instituere*t*, certas sollemnesque esse noluerunt: et appellatur haec pars iuris legis actiones, id est legitimae actiones. et ita eodem paene tempore tria haec iura nata sunt: lege[5] duodecim tabularum ex his fluere coepit ius ciuile, ex isdem legis actiones compositae sunt. omnium tamen harum et interpretandi scientia et actiones apud 20
collegium pontificum erant, ex quibus constituebatur, quis quoquo[6] anno praeesset priuatis.
7 et fere populus annis prope centum hac consuetudine usus est. Postea cum Appius Claudius proposuisset[7] et ad formam redegisset has actiones, Gnaeus Flauius scriba eius libertini filius subreptum librum populo tradidit, et adeo gratum fuit id munus populo, ut tribunus plebis fieret et senator et aedilis curulis. hic liber, qui actiones continet, appellatur ius 25
ciuile Flauianum, sicut ille ius ciuile Papirianum: nam nec ‖ Gnaeus Flauius de suo quic- f. 21'
quam adiecit libro. augescente ciuitate quia deerant quaedam genera agendi, non post multum temporis spatium Sextus Aelius alias actiones composuit et librum populo dedit,
8 qui appellatur ius Aelianum. Deinde cum esset in ciuitate lex duodecim tabularum et ius ciuile, essent et legis actiones, euenit, ut plebs in discordiam cum patribus perueniret et 30
secederet sibique iura constitueret, quae iura plebi scita uocantur. mox cum reuocata est plebs, quia multae discordiae nascebantur de his plebis scitis, pro legibus placuit et ea obseruari lege Hortensia: et ita factum est, ut inter plebis scita et legem species constituendi
9 interesset, potestas autem eadem esset. Deinde quia difficile plebs conuenire coepit, po-

FRP(VU)

---

[1] quinquaginta (*u. i.*)? [2] disputationem (*dett.*)? [3] parte] appellatione? [4] datis p. n. c. partibus *delenda* (*Hal.*) [5] nata sunt lataque lege? [6] quoque (*Hal.*)? [7] composuisset (*Muret.*)?

1 hae] hec *R*, *om. P*, *eras. U* | coep'er'it *F* 2 aliqua uti] ali *F*, καὶ ἤρξατο μᾶλλον ὁ Ῥωμαϊκὸς ἅπτος ἀλήλῳ νόμῳ καὶ συνηθείᾳ κεχρῆσθαι ἢ διά τινος εἰσενεγκομένου *Epit.* | quam] quanti *f* | legem latam *P*, la legem *R* | uiginti annis] ἐπὶ πεντήκοντα ἐνιαυτοῖς *Epit.* 4 fundarentur F^{ac} 5 in tabulas eboreas] ἐν ἐλεφαντίναις δέλτοις *Epit.* | pro rostris] pro nomem loci ostris *R* | possunt *R* | legas F^1 6 eo] in eo *P* | su'nt'mmum *F* | corrige're'nt F^2 | esse't' F^1 7 interpretaretur *R* 8 ad easdem] eisdem $P^a VU$ 9 ex *om.* P^a | haccedenti *R*, accedenti *PVU*, accidentia *F*, ἐκ τοῦ συμβάντος *Epit.* | appellata *R* 10 fuisset *R* | in it'ali'a (*uoluit* it'al'ia) F^2 11 quid'e'am *F* | enenires R^1 12 auctoritatem] —tate *F* | disputatione] *FR*, disputationem *PVU* 13 partee *R* | non *om. P* 14 suis] uis *R* 15 seodem *R* 17 populus] polus *R* | prout] prous F^1, ut *RPVU* | instituere *F* | sollemnesque] et sollempnesque P^a, et sollempnes *U* 18 temporere *R* | haec] hec *F* 19 lege] *FR*, leges *PU* | isdem] hidem P^a 21 quoquo] quequo P^a 22 centum] tentum F^1 | hac] a P^a | cum *om. R* 23 red'd'egisset *F* | gnaeus] graeus F^1 24 subpertum *R* | id'e'munus *F* | tribunos F^1 25 et 't'aedilis *F* 26 ius ciuile fl. sicuti *bis* P^a | ciuile] ciuile uile *R* | n'a'ec *F* 27 liber P^a, *inc. U* | deaerant *R*, derant $F^1 PU$ | agendi non] agend non *R*, agendi composuerunt non (non *in litura*) *P* | po'te'st *F* 28 sextus aelius] extus aelus F^1 | alias] aliac P^a 29 ciuitatem *R* 30 eueni't' F^1 31 sibique] sibequi F^1 | quae iura] *FRU*, quae *PV* 32 plebscitis *R* | et *om. RU* | ea *om. PV* 33 pleuiscita *R* | species] et spē P^a, specie *V*, spiritales *U* 34 interesset] $F^2 RPVU$, interessent F^1 | quia] qui *R*

pulus certe multo difficilius in tanta turba hominum, necessitas ipsa curam reipublicae ad senatum deduxit: ita coepit senatus se interponere et quidquid constituisset obseruabatur,
10 idque ius appellabatur senatus consultum. Eodem tempore et magistratus iura reddebant et ut scirent ciues, quod ius de quaque re quisque dicturus esset seque praemuniret[1], edicta proponebant. quae edicta praetorum ius honorarium constituerunt: honorarium dicitur, quod
11 ab honore praetoris uenerat. Nouissime sicut ad pauciores iuris constituendi uias transisse ipsis rebus dictantibus uidebatur per *partes*[2], euenit, ut necesse *esset* rei publicae per unum consuli (nam senatus non perinde omnes prouincias probe gerere poterant[3]): igitur consti-
12 tuto principe datum est ei ius, ut quod constituisset, ratum esset. Ita in ciuitate [(Ep.)] nostra aut iure, id est lege, constituitur, aut est proprium ius ciuile, quod sine scripto in sola prudentium interpretatione consistit, aut sunt legis actiones, quae formam agendi continent, aut plebi scitum, quod sine auctoritate patrum est constitutum, aut est magistratuum edictum, unde *ius* honorarium nascitur, aut senatus consultum, quod solum senatu constituente inducitur sine lege, aut est principalis constitutio, id est, ut quod ipse princeps constituit pro lege seruetur.

13 Post originem iuris et processum cognitum consequens est, ut de magistratuum nominibus et origine cognoscamus, quia, ut exposuimus, per eos qui iuri dicundo praesunt effectus rei accipitur: quantum est enim ius in ciuitate esse, nisi sint, qui iura regere possint? post hoc dein de auctorum successione dicemus, quod constare non potest ius, nisi
14 sit aliquis iuris peritus, per quem possit cottidie in melius produci. Quod ad magistratus
15 attinet, initio ciuitatis huius constat reges omnem potestatem habuisse. Isdem temporibus et tribunum celerum fuisse constat: is autem erat qui equitibus praeerat et ueluti secundum locum a regibus optinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, qui auctor fuit regis[4] eiciendi.
16 Exactis deinde regibus consules constituti sunt duo: penes quos summum ius uti esset, lege rogatum est: dicti sunt ab eo, quod plurimum reipublicae consulerent. qui tamen ne per omnia regiam potestatem sibi uindicarent, lege lata factum est, ut ab eis prouocatio esset neue possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi: solum relictum est
17 illis, ut coercere possent et in uincula publica duci iuberent[5]. Post deinde cum census iam maiori tempore agendus esset et consules non sufficerent huic quoque officio, ‖ cen- f. 22
18 sores constituti sunt. Populo deinde aucto cum crebra orerentur bella et quaedam acriora a finitimis inferrentur, interdum re exigente placuit maioris potestatis magistratum constitui: itaque dictatores proditi sunt, a quibus nec prouocandi ius fuit et quibus etiam capitis animaduersio data est. hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat
19 fas ultra sextum mensem retineri. Et his dictatoribus magistri equitum iniungebantur sic, quo modo regibus tribuni celerum: quod officium fere tale erat, quale hodie praefectorum

FRP(VU)

[1] praemunirent (*Hal.*)? [2] uidebatur r(es) p(ublica) per partes, euenit? *nisi praestat rem publicam non geminatione adicere, sed cogitatione repetere ex sequentibus* [3] regere poterat (*Hal.*)? [4] reges (*dett.*)? [5] iubere (*Bynkersh.*)?

2 obseruaˈbaˈtur F^2, obserbatur R^a 3 appellatur P^aU | iure R 4 scˈrˈirent F | quisque *om.* P^a | edicta] dicta P^a 5 bonorarium F^1: ioypi bonopapioym *Epit.* | quod] quidem P^a 6 uias] FRP^a, uia P^bVU 7 per papartes F | necesse esset] necesset F 8 probe gerere] prouegere $P^aV^cU^a$[1], prouide gerere P^b *(ut uid.)* V^2 *(ut uid.)*, regere U^b 9 ei ius] eius R | ita sic in R 12 patruum R 13 eductum F^1 | unde ius de hon. F | senatu] senatuˈsˈ F, senatum R | costituente F 14 sine] in R 15 lege] le R 17 eos] hos R 18 ˈsiˈnisi F | sint] sunt P^a | iura regere] iuraeeretere P^a, iura redere U^b | possiˈnˈt F^2 19 deinde de $RPVU$ | aucturum F^{ac} | successionem R | constanre R | potest] possit P | nisi] ni R 20 ˈaˈquod F 21 habuisset P^a 22 fuissem R 23 regibus] geribus F^1 | obtinebant P^a | eicendi P^a 24 quo R 25 consolerunt F^1 | qui] quia F 26 potestamem R | factum *bis* R 27 posset F | romamani R | animˈaˈduertere F | populi] ppoli R 28 coercercˈereˈ F | possint R | deinde] inde R | census] cessus F^1 29 iam] ia R | maiori] amari P^a | augendus P^a | censores] censuras P^a 30 cum] cun F^{ac} 31 finitumis R | infererentur FR, insererentur P^a, inferentur U | constituitaque R, constituti itaque P^a 32 dictares P^a | et *om.* R 34 falsustra xestum R | mensum F^{ac} | retineri et] F^2RP^bVU, retineret F^1, retinere et P^a | magistre quintum R 35 fere] rere R

praetorio, magistratus tamen habebantur legitimi. Isdem temporibus cum plebs a patribus secessisset anno fere septimo decimo post reges exactos, tribunos sibi in monte sacro creauit, qui essent plebeii magistratus. dicti tribuni, quod olim in tres partes populus di-
21 uisus erat et ex singulis singuli creabantur: uel quia tribuum suffragio creabantur. Itemque ut essent qui aedibus praeessent, in quibus omnia scita sua plebs deferebat, duos ex plebe
22 constituerunt, qui etiam aediles appellati sunt. Deinde cum aerarium [Lydus de mag. 1, 26 populi auctius esse coepisset, ut essent qui illi praeessent, constituti sunt quaestores, qui pecuniae praeessent, dicti ab eo *quod* inquirendae et conseruandae pecuniae causa creati
23 erant. Et quia, ut diximus, de capite ciuis Romani iniussu populi non erat lege permissum consulibus ius dicere, propterea quaestores constituebantur a populo, qui capitalibus rebus praeessent: hi appellabantur quaestores parricidii, quorum etiam meminit lex duo- [(Lyd.)
24 decim tabularum. Et cum placuisset leges quoque ferri, latum est ad populum, uti omnes magistratu[1] se abdicarent, quo decemuiri[2] constituti anno uno cum magistratum prorogarent sibi et cum iniuriose tractarent neque uellent deinceps sufficere magistratibus[3], ut ipsi et factio sua perpetuo rem publicam occupatum retineret: nimia atque aspera dominatione eo rem perduxerant, ut exercitus a re publica secederet. initium fuisse secessionis dicitur Uerginius quidam, qui cum animaduertisset Appium Claudium contra ius, quod ipse ex uetere iure in duodecim tabulas transtulerat, uindicias filiae suae a se abdixisse et secundum eum, qui in seruitutem ab eo suppositus petierat, dixisse captumque amore uirginis omne fas ac nefas miscuisse: indignatus, quod uetustissima iuris obseruantia in persona filiae suae defecisset (utpote cum Brutus, qui primus Romae consul fuit, uindicias secundum libertatem dixisset in persona Uindicis Uitelliorum serui, qui proditionis coniurationem indicio suo detexerat) et castitatem filiae uitae quoque eius praeferendam putaret[4], arrepto cultro de taberna lanionis filiam interfecit in hoc scilicet, ut morte uirginis contumeliam stupri arceret, ac protinus recens a caede madenteque adhuc filiae cruore ad commilitones confugit. qui
25 uniuersi de Algido, ubi tunc belli gerendi causa legiones erant, relictis ducibus pristinis signa in Auentinum transtulerunt, omnisque plebs urbana mox eodem se contulit, populique consensu partim in carcere necati[5]. ita rursus res publica suum statum recepit. Deinde cum post aliquot annos duodecim tabulae latae sunt et plebs[6] contenderet cum patribus et uellet ex suo quoque corpore consules creare[7] et patres recusarent: factum est, ut tribuni militum crearentur partim ex plebe, partim ex patribus consulari potestate. hique constituti sunt uario numero: interdum enim uiginti[8] || fuerunt, interdum plures, nonnum- f. 2
26 quam pauciores. Deinde cum placuisset creari etiam ex plebe consules, coeperunt ex utroque corpore constitui. tunc, ut aliquo pluris[9] patres haberent, placuit duos ex numero patrum

FRP(VU)

---

[1] magistratus (*dett.*)? [2] quo decemuiri [crearentur legum scribendarum causa. itaque decemuiri] constituti? [3] magistratus (*Hal.*)? [4] putans? [5] partim [in exilium acti decemuiri, partim] in carcere necati (*edd.*)? [6] cum post aliquot annos, quam d. t. l. sunt, plebs? [7] creari (*edd.*)? [8] sex (uiginti *ex* ui: *Cuiac.*)? [9] plus iuris?

---

3 plebe'h'ii F^2 | olim] tunc *PU* 4 singulis] imgulis *R* | quia a trib. P^a 5 qui aedibus] quedibus *R* | praesent *R* | plebs] pleb *F* (*suppl. f*) 7 auctius] auctu *F* (*suppl. f*); εἰς ἐπίδοσιν ἦλθε *Lydus* | essent] eesent *R* | praeesse *R* 8 praeessent *om. R* | dicti] dicti sunt *PVU* | quod *om. F* | in requirendae P^a 9 quia] qua P^a | ciuis *om. R*, cuius P^a | permiss. lege *PU* 10 constitueuantur F^1 | rebu *R* 12 ferri] fieri $P^a VU$ | latu *R* 13 magistratu ... uno cum *om. R* | magistratus se *PU* | abdicerent *P* | magistaratum F^1 14 uti P^a | ips'i' *F* 15 retinerent *PVU* | eo rem] *om. R*, eos rem *publicam* P^a, eo rempublicam *U* 16 per*duxerunt PVU* | *sec. fuisse P* 17 cum ma-nimaduertisset *R*, cum auertisset P^a | amplium P^a | ueteri *P* 18 a se] eas se *R*, asse *U* | abdisisse *R*, abdixisset P^a 19 ab eo] ab eos F^1 | que *om. R* 20 obseruanciam *R* | persone *R* | defeciset *F* 22 uindiciis *R* | seruis P^a 23 arrecto *F* 25 a caede madenteque] ea sedem adempteque *R*, a cede madensque *PVU* 26 hunuersi *R* | algid'u'o *F* | gerendi] *FRU*, gerandi *PV* 27 omnqui *R* 28 carcere] F^1, carcerem $F^1 RPU$ | estatum *R* 29 tabularum lete *R* | contenderent *R* 30 tribuni litum *R* 31 patribus] partibus P^a 32 fuerunt uiginti *P* 34 aliud quo plures *R*, aliquo plures PU^a, aliquos pl. VU^b | partes P^a | numeros *R*

27 constitui[1]: ita facti sunt aediles curules. Cumque consules auocarentur bellis finitimis neque esset qui in ciuitate ius reddere posset, factum est, ut praetor quoque crearetur, qui ur-
28 banus appellatus est, quod in urbe ius redderet. Post aliquot deinde annos non sufficiente eo praetore, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem ueniret, creatus est et alius praetor, qui peregrinus appellatus est ab eo, quod plerumque inter peregrinos ius dicebat.
29 Deinde cum esset necessarius magistratus qui hastae praeessent[2], decemuiri in[3] litibus
30 iudicandis sunt constituti. *Constituti sunt* eodem tempore et quattuoruiri qui curam uiarum agerent, et triumuiri monetales aeris argenti auri flatores, et triumuiri capitales qui careeris custodiam haberent, ut cum animaduerti oporteret interuentu eorum fieret.
31 Et quia magistratibus uespertinis temporibus in publicum esse inconue- [B. 6, 1, 14 (Fabrot.)
niens erat, quinqueuiri constituti sunt cis Tiberim et ultis Tiberim[4], qui possint pro ma- [(B)
32 gistratibus fungi. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi prouincia totidem praetores, quot prouinciae in dicionem uenerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus praeessent. deinde Cornelius Sulla quaestiones publicas constituit, ueluti de falso, de parricidio, de sicariis, et praetores quattuor adiecit. deinde Gaius Iulius Caesar duos praetores et duos aediles qui frumento praeessent et[5] a Cerere cereales constituit. ita duodecim praetores, sex aediles sunt creati. diuus deinde Augustus sedecim praetores constituit. post deinde diuus Claudius duos praetores adiecit qui de fideicommisso ius dicerent, ex quibus unum diuus Titus detraxit: et adiecit diuus Nerua qui inter fiscum et priuatos ius diceret. ita decem et octo praetores in ciuitate ius
33 dicunt. Et haec omnia, quotiens in re publica sunt magistratus, obseruantur: quotiens autem proficiscuntur, unus relinquitur, qui ius dicat: is uocatur praefectus urbi. qui praefectus[6] olim constituebatur: postea fere Latinarum feriarum causa introductus est et quotannis obseruatur. nam praefectus annonae et uigilum non sunt magistratus, sed extra ordinem utilitatis causa constituti sunt. et tamen hi, quos Cistiberes diximus, postea aediles[7] senatus
34 consulto creabantur. Ergo ex his omnibus decem tribuni plebis, con- [Lydus de mag. 1, 48
sules duo, decem et octo praetores, sex aediles in ciuitate iura reddebant. [(Lyd.)
35 Iuris ciuilis scientiam plurimi et maximi uiri professi sunt: sed qui eorum maximae dignationis apud populum Romanum fuerunt, eorum in praesentia mentio habenda est, ut appareat, a quibus et qualibus haec iura orta et tradita sunt. et quidem ex omnibus, qui scientiam nancti sunt, ante Tiberium Coruncanium publice professum neminem traditur: ceteri autem ad hunc uel in latenti ius ciuile retinere cogitabant solumque[8] consultatoribus
36 uacare potius quam discere uolentibus se praestabant. Fuit autem in primis peritus PUBLIUS[9] PAPIRIUS, qui leges regias in unum contulit. ab hoc APPIUS CLAUDIUS unus ex

FRP(VU)

---

[1] qui ludos curarent *uel similia uidentur excidisse* [2] praeesset (*dett.*)? [3] in *del.* (*Hal.*) [4] et ultis Tiberim *compilatores adiecerunt: cf.* § *33 et Liu. 39, 14, 10* [5] *aut* et *delendum (Hal.) aut scribendum* et dicerentur a Cerere cereales (*Muretus*) . [6] qui profectis iis (profectis *Muretus*)? *cf. Tac. ann. 6. 11* [7] postea aediles] praepositos aedificiis? [8] solumque] uel solebant? [9] Publius] *del. fortasse, cf. supra* § *2*

---

1 constitui ita] constituit *R* | abocarentur *F* (*em. f*) *R*, aduocarentur P^aU 2 esset] esse *R* | redere *F* | possit *PVU* | crearearetur *R* 5 qui peregrinus iudicebat apellatus *R* | peregrinus iudicebat *R* 6 hastae] *FR*, h•ste P^a, iste *V*, geste U^a, heste P^bU^b (*in mg.* id est uestes [*immo* Uestae], cui edes consecrate fuerant), aste p(isana) *U* (*m. rec.*) | praessent *F*, praeessent P^a, praeesset RP^bU 7 iudicandi *R* | sunt constituti constituti sunt] *U*, sunt constitutis *F et sic, sed* —ti, *R*, constituti sunt constituti sunt *P*, constituti sunt *V* | quaetuoruiri F^1 8 agerent] gerent *F* | aeris] auris F^{uc} | capitalis F^{uc} 9 carcerem P^a 11 qui'n'queuiri F^2, quinqueuiro *R* | ulta *R*, ultra *PVU* | tiberium *R* 12 cepta P^a | dein *R* | narbonense *R*, narbonensi in *P* 14 sulla] ulla *R*, scilla *U* | quesicionis *R* 15 stcariis *R* 16 et a cerere] ia cerere *R*, et • cere P^a 17 cereales 'qui frumento' *F*, ceales *R* | sex aediles ... praetores *om. R* | sex] ex F^1 20 'h'octo *F* | in] 's'in *F* 21 quotians F^1 | magist'r'atus *F* 22 profiscicuntur *F* | relinquetur P^a 23 latinarum] laniarum P^a 28 sciencienciam *R* | pluri'b'mi *F* | uiri] dri F^{uc} (*em. f*?) 29 apud] ad P^a | eorum *om.* F^1 | praesentiam *P* 31 nacti *et sic deinceps PU* | quorum cannium *P*, quorum canium *U* 32 ad] an *R* | hunc] huc *P* | solumquem *R* | consulatoribus P^a

decemuiris, cuius maximum consilium in duodecim tabulis scribendis fuit. post hunc APPIUS CLAUDIUS eiusdem generis maximam scientiam habuit: hic ‖ Centemmanus appel- f. 2
latus est, Appiam uiam strauit et aquam Claudiam induxit et de Pyrrho in urbe non recipiendo sententiam tulit: hunc etiam actiones[1] scripsisse traditum est primum de usurpationibus, qui liber non exstat: idem Appius Claudius, qui uidetur ab hoc processisse, R lit-
37 teram inuenit, ut[2] pro Ualesiis Ualerii essent et pro Fusiis Furii. Fuit post eos maximae scientiae SEMPRONIUS, quem populus Romanus coφὸν appellauit, nec quisquam ante hunc aut post hunc hoc nomine cognominatus est. GAIUS SCIPIO NASICA, qui optimus[3] a senatu appellatus est: cui etiam publice domus in sacra uia data est, quo facilius consuli posset. deinde QUINTUS MUCIUS[4], qui ad Carthaginienses missus legatus, cum essent duae tesserae positae una pacis altera belli, arbitrio sibi dato, utram uellet referret Romam, utramque
38 sustulit et ait Carthaginienses petere debere, utram mallent accipere. Post hos fuit TIBERIUS CORUNCANIUS, ut dixi, qui primus profiteri coepit: cuius tamen scriptum nullum exstat, sed responsa complura et memorabilia eius fuerunt[5]. deinde SEXTUS *AELIUS* et frater eius PUBLIUS AELIUS et PUBLIUS ATILIUS[6] maximam scientiam in profitendo habuerunt, ut duo Aelii etiam consules fuerint, Atilius autem primus a populo Sapiens appellatus est[7]. Sextum Aelium etiam Ennius laudauit[8] et exstat illius liber qui inscribitur 'tripertita', qui liber ueluti cunabula iuris[9] continet: tripertita autem dicitur, quoniam lege duodecim tabularum praeposita iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio. eiusdem esse tres alii libri referuntur[10], quos tamen quidam negant eiusdem esse: hos sectatus ad aliquid est Cato. deinde MARCUS CATO princeps Porciae familiae, cuius et libri exstant: sed plurimi
39 filii eius, ex quibus ceteri oriuntur[11]. Post hos fuerunt PUBLIUS MUCIUS et *BRUTUS* et MANILIUS, qui fundauerunt ius ciuile. ex his Publius Mucius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres[12]: et extant uolumina scripta Manilii monumenta[13]. illi duo
40 consulares fuerunt, Brutus praetorius, Publius autem Mucius etiam pontifex maximus. Ab his profecti sunt PUBLIUS RUTILIUS RUFUS, qui Romae consul et Asiae proconsul fuit, PAULUS[14] UERGINIUS et QUINTUS TUBERO ille stoicus Pansae[15] auditor, qui et ipse consul. etiam SEXTUS POMPEIUS Gnaei Pompeii patruus fuit eodem tempore: et COELIUS ANTIPATER, qui historias conscripsit, sed plus eloquentiae quam scientiae iuris operam dedit: etiam LUCIUS CRASSUS frater Publii Mucii, qui Munianus[16] dictus est: hunc Cicero[17] ait
FRP(VU)

---

[1] actiones *del.: interpolauit ex* § 7 *nescio qui immemor illa uolumina a Pomponio non numerari inter scripta auctorum* [2] idem Ap. Cl. R litteram inuenit uideturque ab hoc processisse ut (*Muretus*)? [3] qui uir optimus (*Muretus*)? [4] Q. Maximus (*Bynkersh.*)? [5] feruntur (*Muretus*)? [6] L. Acilius *dicitur apud Pomponii auctorem Ciceronem Lael. 2, 6* [7] appellatus sit? [8] *Ennius in ann.* (*u. 335 Vahlen*): egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus. [9] ciuilis *ins.* (*Huschke ap. Sauigny Zeitschrift f. g. R. 15, 181*) [10] feruntur (*edd.*)? [11] ordiuntur? *certe auctores posteriores citant passim Catonem neque uero auctorem ullum eo antiquiorem, nisi quod semel laudat Sex. Aelium Celsus* [12] Manilius septem, Brutus tres (*Zimmern 1, 276*) *coll. uerbis u. 24:* illi duo *et Cic. de or. 2, 55, 223* [13] monumenta *del.* [14] Aulus (*Zimmern 1, 282*)? *cf. Cic. Lael. 27, 101* [15] Panaetii (*Hal.*)? *cf. Cic. Tusc. 5, 2, 4* [16] Mucianus (*dett.*)? [17] *Brut. 39, 145:* eloquentium iurisperitissimus Crassus [*scilicet L. Crassus*

---

1 demuiris *R* 2 centummanus *R*, centimanus *PVU* 3 appiam] appium F^{vr}, et appiam *RPU* | urbem *PU* 4 scripsisset *R* 5 existat *F* | idem usurpatioi *F* | processes eo literam *R* 6 ualesiis *om.* F^1, ualesii F^2 | fusiis] fusus F^1 | furii] furiis *F* | masximae *F* 7 cωφωn *P*, cωφωna *V*, cφωn *U* | quisquam] quis *P* 8 est] esit F^4 | gaium *R* | scipio] scripho F^1 9 possit P^1VU 10 carthaginienses F^2 | cum esset legatus *PU* 11 pacis *F* 12 hos *om.* P^aV 13 corumcanius *R*, quorum canius (cannius *U*) *PU* | exstan F^{vr} 14 sextus aelius] sextus caelius *FR*, sextus cecilius *PVU* 15 aelius et publius *om.* P^a, aelius et *om. V* | atilius (atulius F^{vr}) et publius atilius max. *F* 16 ut] in F^{vr}, et P^1U | alii *F* | fuerunt *fRPVU* | primus F^2 | saplens F^{vr} 17 sextum F^2, extum *R* | ennius] innius F^1, emmius *U* | laudabit *F* | tripercia *R* 18 liber inscribit ueluti *F* | ueluduti *R* | iuris *om. R* | quoniam] quod *PVU* 19 dei des ubtexitur F^2 20 quo *F* (*em. f*) | quidem F^{ar} | adtaliquid *F* 22 filiae *R* | ex] sex *R* | mucius] munitius *PV* | rutus *F* (*expl. f*) 23 fundauerunt ius] fundauerentur *R* | muntius *P* 24 malii *R* | illo *R* 25 praetorio P^a | muntius P^a | autem ... sunt publius *om. R* 26 utilius P^a 28 sextum *R* | coelius] olius F^1 | tantipater *F* 30 munianus] *FR*, mutianus *PV* | hunc] hinc *F*

iurisconsultorum disertissimum. Post hos QUINTUS MUCIUS Publii filius pontifex maximus
ius ciuile primus constituit generatim in libros decem et octo redigendo. Mucii auditores
fuerunt complures, sed praecipuae auctoritatis AQUILIUS GALLUS, BALBUS LUCILIUS, SEXTUS
PAPIRIUS, GAIUS[1] IUUENTIUS: ex quibus Gallum maximae auctoritatis apud populum fuisse
Seruius dicit. omnes tamen hi a Seruio Sulpicio nominantur: alioquin per se eorum scripta
non talia exstant, ut ea *om*nes appetant: denique nec uersantur omnino scripta eorum inter
manus hominum, sed Seruius[2] libros suos compleuit, pro cuius scriptura ipsorum quoque
memoria habetur. SERUIUS *autem* SULPICIUS cum in causis orandis primum locum aut pro
certo post Marcum Tullium optineret, traditur ad consulendum Quintum Mucium de re amici
sui peruenisse cumque eum sibi respondisse de iure Seruius parum intellexisset, iterum
Quintum interrogasse et[3] a Quinto Mucio responsum esse nec tamen percepisse, et ita ob-
iurgatum esse a Quinto Mucio: nam‖que eum dixisse turpe esse patricio et nobili et causas f. 23'
oranti ius in quo uersaretur ignorare. ea uelut contumelia Seruius tactus operam dedit iuri
ciuili et plurimum eos, de quibus locuti sumus, audiit, institutus a Balbo Lucilio, instru-
ctus autem máxime a Gallo Aquilio, qui fuit Cercinae: itaque libri complures eius extant
Cercinae confecti. hic cum in legatione perisset, statuam ei populus Romanus pro rostris
posuit, et hodieque exstat pro rostris Augusti. huius uolumina complura exstant: reliquit
autem prope centum et octaginta libros. Ab hoc plurimi profecerunt, fere tamen hi libros
conscripserunt: ALFENUS UARUS GAIUS[4], AULUS OFILIUS, TITUS CAESIUS, AUFIDIUS TUCCA,
AUFIDIUS NAMUSA, FLAUIUS PRISCUS, GAIUS ATEIUS, PACUUIUS LABEO ANTISTIUS[5] Labeonis
Antisti pater, CINNA, PUBLICIUS[6] GELLIUS. ex his decem libros octo conscripserunt, quo-
rum omnes qui fuerunt libri digesti sunt ab Aufidio Namusa in centum quadraginta libros.
ex his auditoribus plurimum auctoritatis habuit Alfenus Uarus et Aulus Ofilius, ex quibus
Uarus et consul fuit, Ofilius in equestri ordine perseuerauit. is fuit Caesari familiarissimus
et libros de iure ciuili plurimos et qui omnem partem operis fundarent reliquit. nam de
legibus uicensimae primus conscribit[7]: de iurisdictione idem edictum praetoris primus dili-
genter composuit, nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum perquam breuissimos ad
edictum subscriptos reliquit. Fuit eodem tempore et TREBATIUS, qui idem Corneli Maximi

FRP(VU)

---

orator cos. a. 659, non P. Crassus Mucianus cos. a. 623], iurisperitorum eloquentissimus Scaeuola *et post alia c. 40, 48:* consultorum alterum disertissimum, disertorum alterum consultissimum fuisse. *Cf. 26, 102* [1] Gaius] Titus (*Schrader*)? *cf. Cic. Brut. 48, 178* [2] Seruius iis (*Cannegieter*)? [3] respondentem de iure Seruius parum intellexisset et iterum Quintum interrogasset (*Hal.*)? [4] Gaius *aut delendum* (*Cuiac.*) *aut transponendum ante* Cinna: *praenomen Alfeno uidetur fuisse Publii (C. I. L. I p. 467) nec nisi raro plus bina nomina ponit Pomponius* [5] Antistius *del.; praeterea ante* Pacuuius *recte distinxit Hertzius ad Prisciani 8, 18 citata epistula Sinnii Capitonis (apud Gell. 5, 21, 10) 'ad Pacuuium Labeonem'* [6] Publius? [7] conscribsit (*Hal.*)?

---

3 auctoritatis] eaueturitatis *R* | callus *F* | lucillius *R* 4 gallu's'm *F* | auctoritoritatis *R* 5 sulpitiam *R* 6 exstant't'ut *F* | omnes adpetant *RU*, homines appetant *PV*, ad omnes appetant (*corr. ex* adpetan) *F* | nec] ne P^a 7 seruios *R* 8 autem sulpicius *om. F* | aut pro certo post marcum *bis F* 9 't'raditur *F*, tradatur P^a 10 sibi] si P^a | serui *F* | intellexiset *F* (*suppl. f*) 12 dixisset *R* | et causas] ex causas F^{ac} 13 seuius P^a | t'r'a'cta'tus (*uoluit* t'r'ac'ta'tus) *F*, tractus *U* | iuri ciuili] iuris iuri F^1 14 lucillio *FPU* | instructus autem] intructus est *R* 15 itaquae *F* | complures libri *P* 16 legatione's' *F*, ligacionem *R* | statuum F^{ac} | populus romanus pr romanus pro *F* 17 odiequexstat *R*, hodie exstat *f* | pro rostris] prostris *P* | complura'e' *F* 18 hoctaginta *R*, octoaginta *P*, octuaginta *U* | hoc] ho *R* | proficiscerunt *PVU* | hi] 'ni'hi *F*, *om. PVU* 19 aulus] alus P^a | titus] titius *RPVU* | caesius] censius P^a 20 eteios *R* | pacubius *FR*; proculus *PVU* | labeonis antisti'i' *F*, labeonis antistitis *R*, *om. PVU* 21 cellius *PVU* | ex] et ex *PU* | decem et octo libros *PV*, decem libros et octo *U* 22 qui] que F^1 | fidio .... quadragin *om. R* | libris *R* 23 aulus] olus *R* | ex quibus plurimum auctoritatem habuit alfenus uarus *R* 24 'in eque' in equestri *F* | caesari s' *F* | familiari scimus P^a 25 ciuil e'i *F*, ciciuili *R* 26 idem] id *R* 27 ante] autem P^a, de legibus ante *V* | seruios *R* 28 et *om. PVU* | qui idem] quidem RV^1U

auditor fuit[1]: AULUS CASCELLIUS, Quintus Mucius Uolusii auditor[2], denique in illius honorem testamento Publium Mucium nepotem eius reliquit heredem. fuit autem quaestorius nec ultra proficere uoluit, cum illi etiam Augustus consulatum offerret. ex his Trebatius peritior Cascellio, Cascellius Trebatio eloquentior fuisse dicitur, Ofilius utroque doctior. Cascellii scripta non exstant nisi unus liber bene dictorum, Trebatii complures, sed minus
46 frequentantur. Post hos quoque TUBERO[3] fuit, qui Ofilio operam dedit: fuit autem patricius[4] et transit a causis agendis ad ius ciuile, maxime postquam Quintum Ligarium accusauit nec optinuit apud Gaium Caesarem. is est Quintus Ligarius, qui cum Africae oram teneret, infirmum Tuberonem applicare non permisit nec aquam haurire, quo nomine eum accusauit et Cicero defendit: exstat eius oratio satis pulcherrima, quae inscribitur pro Quinto Ligario. Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici et priuati et complures utriusque operis libros reliquit: sermone etiam[5] antiquo usus affectauit scribere et ideo
47 parum libri eius grati habentur. Post hunc maximae auctoritatis fuerunt ATEIUS CAPITO, qui Ofilium secutus est, et ANTISTIUS LABEO, qui omnes hos audiuit, institutus est autem a Trebatio. ex his Ateius consul fuit: Labeo noluit, cum offerretur ei ab Augusto consulatus, quo suffectus fieret, honorem suscipere, sed plurimum studiis operam dedit: et totum annum ita diuiserat, ut Romae sex mensibus cum studiosis esset, sex mensibus secederet et conscribendis libris operam daret. itaque reliquit quadringenta uolumina, ex quibus plurima inter manus uersantur. hi duo primum ueluti diuersas sectas fecerunt: nam Ateius Capito in his, quae ei tradita fuerant, perseuerabat, Labeo ingenii qualitate et fiducia doctrinae, ‖ qui et ceteris operis sapientiae operam dederat, plurima innouare instituit. f. 1
48 Et ita Ateio Capitoni MASSURIUS SABINUS successit, Labeoni NERUA, qui adhuc eas dissensiones auxerunt. hic etiam Nerua Caesari familiarissimus fuit. Massurius Sabinus in equestri ordine fuit et[6] publice primus respondit: posteaque hoc coepit beneficium dari, a Tiberio
49 Caesare hoc tamen illi concessum erat[7]. Et, ut obiter sciamus, ante tempora Augusti publice respondendi ius non a principibus dabatur, sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondebant: neque responsa utique signata dabant, sed plerumque iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur qui illos consulebant. primus diuus Augustus, ut maior iuris auctoritas haberetur, constituit, ut ex auctoritate eius responderent: et ex illo tempore peti hoc pro beneficio coepit. et ideo optimus princeps Hadrianus, cum ab eo uiri praetorii peterent, ut sibi liceret respondere, rescripsit eis hoc non peti, sed praestari solere et ideo, si quis fiduciam sui haberet, delectari se populo ad respondendum se prae-
50 pararet[8]. Ergo Sabino concessum est a Tiberio Caesare, ut populo responderet: qui in *FRP(VU)*

---

[1] Trebatius Quinti Corneli Maximi auditor: fuit (*Goeeanus*)? *aut* Trebatius qui quidem C. M. auditor fuit (*Osann*)? [2] Quinti Muci auditoris Uolcatii auditor? *cf. Plinius h. n. 8, 40, 144:* Uolcatium qui Cascellium ius ciuile docuit [3] post hos Q. Tubero? [4] patronus? [5] etiam] tamen? [6] fuit et *fortasse interpolatoris sunt* [7] nam posteaquam hoc coepit beneficium dari, a Ti. Caesare hoc tandem illi concessum erat? [8] delectari se, si populo ad respondendum se praestaret (*uel* praeberet)?

---

1 aulius *R* | cas'c'ellius F^2, cassellius *P* | maucius *R* | uolosii *F* 3 illi] illa P^a | offeret *FR*, auferret P^aU^a, afferret P^bU^b 4 cascelio *F*, *om. PV* | cascelius *F* | eloquentius fuit se dicitur *R* 5 cascelii *F*, cascellis *R*, cassellii *P* | trebicii *R*, trabacii *P* 6 frequentatur *F* | hos] hoc *F* 7 transit] *FPU*, tranxiit *R* 8 ora *R* 9 appicare *R* | aurire *F* 10 defundit F^{ac} 11 doctissimis *R* | publici 's'et priuati *F* 14 qui of.] quo f. *R* | et *om. PVU* | antisti's'us *F* | qui] que *F* 15 trebicio *R* | adeius *R* | offeretur *FR*, offereretur *U*, offertur *PV* | augusta F^1 | consolatus F^a 16 soffectus *F* | fieret'e't (*uoluit* fieret'et') *F*, fieret et RP^bU, fierit et P^a | susciperet RP^bVU, susciperit P^a | 'p'plurimum *F* | studii's' F^2, studium *R* 17 an'n'um F^2 | ita'n' *F*, *om. V* | diuiser'u'at *F* | romai F^1 | constitudiossus *R* | esset] esset et *PVU* 18 conscribendis libros *R*, cum libris scribendis *cum signis transpos. P* | deret F^1 | quadrigenta *R*, quadraginta *PU* 20 traditae *F*, tradite RP^a | fidu'ci'a F^2 21 sapientia P^a | operem *R* | inuocare *P* 22 ita 'ateita' *F* | siccessit F^2 | nerua qui. adhuc] neruadhuc *F* 23 nerua] et nerua P^a | massirius F^2, mansurius P^a | in equestri] sine questori *R* 24 respondit] F^2, scripsit F^1RPVU 25 tempor'e'a *F* 27 consulsullentibus P^a | plerumque] plerum P^a 28 ipsis *RV* | testaba'n'tur F^b | u'r't F^2 31 no'n' F^2 | petis *R* 32 praepa'ra'ret F^b

equestri ordine iam grandis natu et fere annorum quinquaginta receptus est. huic nec
51 amplae facultates fuerunt, sed plurimum a suis auditoribus sustentatus est. Huic successit Gaius Cassius Longinus natus ex filia Tuberonis, quae fuit neptis Seruii Sulpicii: et ideo proauum suum Seruium Sulpicium appellat. hic consul fuit cum Quartino[1] temporibus Tiberii, sed plurimum in ciuitate auctoritatis habuit eo usque, donec eum Caesar ciuitate
52 pelleret. Expulsus ab eo in Sardiniam, reuocatus a Uespasiano diem suum obit. Neruae successit Proculus. fuit eodem tempore et Nerua filius: fuit et alius Longinus ex equestri quidem ordine, qui postea ad praeturam usque peruenit. sed Proculi auctoritas maior fuit, nam etiam plurimum potuit: appellatique sunt partim Cassiani, partim Proculiani,
53 quae origo a Capitone et Labeone coeperat. Cassio Caelius Sabinus successit, qui plurimum temporibus Uespasiani potuit: Proculo Pegasus, qui temporibus Uespasiani praefectus urbi fuit: Caelio Sabino Priscus Iauolenus: Pegaso Celsus: patri Celso Celsus filius et Priscus Neratius, qui utrique consules fuerunt, Celsus quidem et iterum: Iauoleno Prisco Aburnius Ualens et Tuscianus, item Saluius Iulianus.

III.

℟ DE LEGIBUS SENATUSQUE CONSULTIS ET LONGA CONSUETUDINE ℟ *S(P)ESPE*

1 Papinianus libro primo definitionum. Lex est commune praeceptum, B. 2, 1, 13. Ep. 1, 7.9 *P
uirorum prudentium consultum, delictorum quae sponte uel ignorantia contrahuntur coercitio, communis rei publicae sponsio.

2 Marcianus libro primo institutionum. Nam et Demosthenes orator[3] B. 2, 1, 14. Ep. 1, 8.9 *S*
sic definit: τοῦτό ἐστιν[3] νόμος, ᾧ πάντας ἀνθρώπους[4] προσήκει πείθεσθαι[5] διὰ πολλά, καὶ μάλιστα ὅτι πᾶς ἐστὶν[6] νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεοῦ[7], δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν ἅπασι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. sed et philosophus summae stoicae sapientiae Chrysippus
sic incipit libro, quem fecit περὶ ‖ νόμου: ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρω- f. 24'
πίνων πραγμάτων· δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην τε εἶναι τῶν καλῶν καὶ τῶν αἰσχρῶν καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων προστακτικὸν[8] μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον.
FRP(VU)

---

[1] cum Quartino] cum Surdino (*Norisius*)? *C. Cassius Longinus L. Naeuius Surdinus consules sunt secundi semestris a. p. C. 30 (Orelli inscr. n. 4033)* [2] *orat. adu. Aristogitonem uol. 1 p. 774 Reisk.* [3] τοῦτ' ἔστι *Demosth.* [4] ἀνθρώπους *om. libri Demosthenis* [5] πείθεσθαι προσήκει *libri Demosthenis* [6] ἐστὶ *Demosth.* [7] θεῶν *Demosthenes* [8] καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τε εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων προστακτικὸν (τε εἶναι *fortasse del.*) δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ προστακτικὸν (*Hercher*)?

---

1 equaestri *F* | natu'm' *F²* 2 su'i'stentatus *F²* 3 suplicii *F¹PU* 4 suplicium *F²*, supplicium *P* | hic] is et *RPVU* | tib'i'erisi *F* 6 a] ab *P* 7 eodem] eo *PVU^a* 8 auctoris *R* 9 plurimum] plurima in *R* | appellatiqu'a'e *F²* | cassianim *R* | proculiani] *RPU*, proculeiani *F* 11 'ues'passiani potuit *F²*, uespesiani pot. *P* | uespassiani *F* 12 urbis *PVU* | paegaso *F* 13 o'celsus *F¹* 14 aburnius] *RPVU*, aburnus *F*; *cf. 4, 4, 33. 32, 78, 6* 15—17 *om. R* 16 senatusque] senatus *P*, et senatus *U* 18 papianus *R* 19 consulto *PVU^a* | dilectorum *R* | spontum uel *R*, ex sponte uel *P* | cohercio *RPVU* 20 rei p. sp. comm. *P* 22 τογτοεcinnoyoc *R*, θωγθωεctinnomoω 7 cτλ (*om. Graecis reliquis*) *P*, οωγεωccinno et cetera (*om. Gr. rel.*) *V*, φωμωοccγinnamocv et cetera d. (*om. Gr. rel.*) *U* | πανταs *F^ac* | ανθρωμογc *R* | πειθεcθαι ... ὅτι *om. R* 23 ἐcτιν νόμος] cemnnomo *R* | εγρημα *F^a*, εγρεμα *F^b*, ετρημα *R* | καὶ] κι *R* | ἐπανορθωμα ... ἑκουσίων *om. R* 24 ἁμαρτημάτων] αρτημαων *R* | cinθηκη *R* | κοινη *om. R* | καθ'] κθ *R* | ἅπασι προσήκει] antiaccipocponkei *R* 25 zh *R* | et *om. R* | ummae *R* 26 lobro *R* | πηρνομγονομος et cetera (*om. Graecis rel.*) *P similiterque V*, τινpinomoγonomωc (*om. Graecis rel.*) *U* | ἐστὶ ... ἀνθρωπ *om. R* 27 προστατιην *R* | καλῶν ... ἄρχοντα *om. R* 28 κανον'o'a *F*, κανονηα *R* | τε εἶναι] *F*, τειναι *R*, εἶναι *BS* | καὶ ἀδίκων] τε καὶ ἀδίκων *BS Ep.* | καὶ τῶν ... προστακτικὸν] καιτωνκιτωνφγceinolikhωnzωnpocktikon *R*; ζώων *om. BS* 29 ὧν] *R Ep.*, ον *F* (*em. f*) | δὲ ὧν] δευινω *R* | ποιητεον *FR*

3 POMPONIUS libro uicensimo quinto ad Sabinum. Iura constitui oportet, ut dixit Theophrastus[1], in his, quae ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, non quae ἐκ παραλόγου. B. 2, 1, 15

4 CELSUS libro quinto digestorum. Ex his, quae forte uno aliquo casu accidere possunt, iura non constituuntur: B. 2, 1, 16

5 IDEM libro XVII digestorum. nam ad ea potius debet aptari ius, quae et frequenter et facile, quam quae perraro eueniunt. Ep. 1 sch. 9

6 PAULUS libro XVII ad Plautium. Τὸ γὰρ ἅπαξ ἢ δὶς, ut ait Theophrastus[2], παραβαίνουσιν οἱ νομοθέται. D. 5, 4, 3. B. 2, 1, 17. Ep. 1 sch. 4

7 MODESTINUS libro I regularum. Legis uirtus haec est imperare uetare permittere punire. B. 2, 1, 18. Ep. 1, 10

8 ULPIANUS libro III ad Sabinum. Iura non in singulas personas, sed generaliter constituuntur. B. 2, 1, 19. Ep. 1, 11

9 IDEM libro XVI ad edictum. Non ambigitur senatum ius facere posse. B. 2, 1, 20

10 IULIANUS libro LVIIII digestorum. Neque leges neque senatus consulta ita scribi possunt, ut omnes casus qui quandoque inciderint comprehendantur, sed sufficit ea quae plerumque accidunt contineri. B. 2, 1, 21. Ep. 1, 12

11 IDEM libro LXXXX digestorum. Et ideo de his, quae primo constituuntur, aut interpretatione aut constitutione optimi principis certius statuendum est. B. 2, 1, 22. Ep. 1, 28

12 IDEM libro XV digestorum. Non possunt omnes articuli singillatim aut legibus aut senatus consultis compraehendi: sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni praeest ad similia procedere atque ita ius dicere debet. B. 2, 1, 23. Ep. 1, 13

13 ULPIANUS libro I ad edictum aedilium curulium. Nam, ut ait Pedius, quotiens lege aliquid unum uel alterum introductum est, bona occassio est cetera, quae tendunt ad eandem utilitatem, uel interpretatione uel certe iurisdictione suppleri. Ep. 1, 14

14 PAULUS libro LIIII ad edictum. Quod uero contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentias. D. 50, 17, 141 pr. B. 2, 1, 24. Ep. 1 sch. 8

15 IULIANUS libro XXVII digestorum. In his, quae contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris. B. 2, 1, 25. Ep. 1, 13

16 PAULUS libro singulari de iure singulari. Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est. B. 2, 1, 26

17 CELSUS libro XXVI digestorum. Scire leges non hoc est uerba earum tenere, sed uim ac potestatem. B. 2, 1, 27. Ep. 1, 15. 16. sch. 7

18 IDEM libro XXVIIII digestorum. Benignius leges interpretandae sunt, quo uoluntas earum conseruetur. B. 2, 1, 28. Ep. 1, 16. 35

FRP(VU)

[1] *locus est ex libro deperdito neque adhuc receptus inter fragmenta* [2] *item ex libro deperdito*

1 constitut F^a | oportec F^a 2 dixit] duxi R | ἐπὶ τὸ πλεῖστον] eti ito ηλιcτον R, enitonia et alia (*om. reliqua parte legis*) P, επιτονλιcτονειc et alia (*om. rel. parte legis*) V, enitoma et alia (*om. rel. parte legis*) U 3 quinto] u F^a | forte uno] fortuito P^a | case R 4 iur'a' F^a, *om.* R | constituantur P^a 5 *numeros litteris scribit in his quoque* R | libro uii PV, libro uiii U | nam] non R | ea] eam R 7 τὸ γὰρ ἅπαξ (ανξ R) ἢ δὶς (*sic* R, δεις F)] topitata ea (to *supra uersum*) P, topitaea U, tepita *rel. parte legis om.* V | ut] ot F^a 8 theofastrus P | παραβαγνουσιν F | οἱ νομοθέται] uooeται R; παρ. οἱ νομ. *om.* PU 9 'uetare' F^2, uetere R, uatare P^a 12 negeraliter R 13 non] nom F | sednatum R 14 luiiii] l PU, x U 15 'ita' F^2, ibi V | 'casus' F^2 16 sufficit] sufficit et F; ἀρκεῖ τῷ νόμῳ τὰ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον συμβαινοντα περιέχεσθαι BS (*Doroth.*?) 17 lxxxx] quintodecimo PVU | constitituuntur R 18 interpraetacionem R | optimis R 19 di's'gestorum F 20 ūt (*sic*) senatusconsultis R, aut senatusconsultus P^a | conpreaendit R | aliquo casu PU, aliquo causu V | eorumanifesta est F, eorum manifeste sit R, eorum manifestata est U 21 iurisdiction R | similia'e' F | procere R 22 edictum] F^2, ed'm' F^1 | 'curulium' F^2, curilium P 23 uel alterum (alteram P^a) introductum est bo] *om.* R | cetera] etchera R, et cetera PU 24 utilitate's'm F | iurisdictionem F, iurisdicione RP 25 id paulus (id *ortum ex numero Graeco*) R | edicto R 26 consequentia *loco gem.* F 27 iulianus] oγλπ. B 31 xxuí] xxuii PV 32 eorum F^a 33 libros F | xxuii'ii' F^2, xxxuiii V, xxuiii U | benignus P^a

19 IDEM libro XXXIII digestorum. In ambigua uoce legis ea potius accipienda est significatio, quae uitio caret, praesertim cum etiam uoluntas legis ex hoc colligi possit. [B. 2, 1, 29] E

20 IULIANUS libro quinquagensimo quinto digestorum. Non omnium, quae a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest, [B. 2, 1, 30. Ep. 1, 12] S

21 NERATIUS libro VI membranarum. et ideo rationes eorum, quae constituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his quae certa sunt ‖ subuertuntur. [B. 2, 1, 31] S f. 25

22 ULPIANUS libro trigensimo quinto ad edictum. Cum lex in praeteritum quid indulget, in futurum uetat. [B. 2, 1, 32] S

23 PAULUS libro quarto ad Plautium. Minime sunt mutanda, quae interpretationem certam semper habuerunt. [B. 2, 1, 33] E

24 CELSUS libro VIIII digestorum. Inciuile est nisi tota lege perspecta una aliqua particula eius proposita iudicare uel respondere. [B. 2, 1, 34. Ep. 1, 21. 14, 51] E

25 MODESTINUS libro VIII responsorum. Nulla iuris ratio aut aequitatis benignitas patitur, ut quae salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem. [B. 2, 1, 35] E

26 PAULUS libro IIII quaestionum. Non est nouum, ut priores leges ad posteriores trahantur. [B. 2, 1, 36] *P

27 TERTULLIANUS libro I quaestionum. Ideo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi usitatum est, semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, ut ad eas quoque personas et ad eas res pertinerent, quae quandoque similes erunt. [B. 2, 1, 37] E

28 PAULUS libro V ad legem Iuliam et Papiam. Sed et posteriores leges ad priores pertinent, nisi contrariae sint, idque multis argumentis probatur. [B. 2, 1, 38] E

29 IDEM libro singulari ad legem Cinciam. Contra legem facit, qui id facit quod lex prohibet, in fraudem uero, qui saluis uerbis legis sententiam eius circumuenit. [B. 2, 1, 39. Ep. 1, 20] E

30 ULPIANUS libro IIII ad edictum. Fraus enim legi fit, ubi quod fieri noluit, fieri autem non uetuit, id fit: et quod distat ῥητὸν ἀπὸ διανοίας, hoc distat fraus ab eo, quod contra legem fit. [B. 2, 1, 40. Ep. 1 sch. 12. 2, 15] E*

31 IDEM libro XIII ad legem Iuliam et Papiam. Princeps legibus solutus est: Augusta autem licet legibus soluta non est, principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quae ipsi habent. [B. 2, 6, 1. Ep. 1, 29. 30] Ef*

32 IULIANUS libro LXXXIIII digestorum. De quibus causis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus et consuetudine inductum est: et si qua in re hoc deficeret, tunc quod proximum et consequens ei est: si nec id quidem appareat, tunc ius, quo urbs Roma utitur, seruari oportet. Inueterata consuetudo pro lege non immerito custoditur, et hoc est ius quod dicitur moribus constitutum. nam cum ipsae leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod iudicio populi receptae sunt, merito et ea, quae sine ullo scripto populus probauit, tenebunt omnes: nam quid interest suffragio populus uoluntatem suam declaret an rebus ipsis et factis? quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio legis latoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur. [B. 2, 1, 41. Ep. 2, 28] S

FRP(VU)

---

1 uoces *R* 2 uitio (*sic*) F^2 | hex *F* | colligit *R* 5 geracius P^a 9 interpretationem F^b 12 perspecta F^b | preposita *P* 13 responsum F^b | racio iuris *P* 14 duriori *R* 15 producemus *FRP*^{a} | seueritatem *F* 16 quaescionum *R* | priore *R* | ad] a *R* 18 tertyllianus *F* | quaescionum *R* | ideo] ide *R* | ad] a *R* 19 est] F^1, est et F^2RPU | legibus *om. R* | inesse credi *F*, credi inesse *V* 23 citiciam *P*, ticiam *V* | id facit quod lex] facit quod lex *U*, quod facit lex *PV* 24 leges F^a 26 quod] que P^a | noluuit *R* | ἀπὸ *om. PVU* | ΔΙΑΝΟΙΑC] ΔΙΑΝΟΙΑC *P*, ΔΙΑΝΟΙC *V*, ΛΑΝΟΙΑC *U* 27 quod] que *R* 28 princenps et leg. *R* 29 principes] RP^b, principis *U*, princepes F^b, princeps F^aP^aV 30 quae] quae et *PU* 31 iulianus] οϒλπ. *B* | lxxxiiii] F^1P, octagensimo quarto *R*, lxxxiii *U*, xxxiiii *V*, lxxxxiiii F^2 *perperam: nam Iuliani digestorum libri numero fuerunt nonaginta* 32 custodirei *F* | est *om.* F^2 33 tunc F^2 34 urbis *F* | inueterata] inuentera F^1, inuerata *R* 35 ipsam *R* 38 reptissime *F*, rectissimam *R* | illum *R* 39 leges latoris *R* 40 abrogetur *F*

33 ULPIANUS libro primo de officio proconsulis. Diuturna consuetudo pro iure et lege in his quae non ex scripto descendunt obseruari solet. [B. 2, 1, 42. Ep. 2, 28] S

34 IDEM libro IIII de officio proconsulis. Cum de consuetudine ciuitatis uel prouinciae confidere quis uidetur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicto aliquando iudicio consuetudo firmata sit. [B. 2, 1, 43. Ep. 2, 28] S

35 HERMOGENIANUS libro I iuris epitomarum. Sed et ea, quae longa consuetudine comprobata sunt ac per annos plurimos obseruata, uelut tacita ciuium conuentio non minus quam ea quae scripta sunt iura seruantur. [B. 2, 1, 44] *P

36 PAULUS libro VII ad Sabinum. Immo ‖ magnae auctoritatis hoc ius habetur, quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto id comprehendere. [B. 2, 1, 45] Sf

37 IDEM libro I quaestionum. Si de interpretatione legis quaeratur, in primis inspiciendum est, quo iure ciuitas retro in eiusmodi casibus usa fuisset: optima enim est legum interpres consuetudo. [B. 2, 1, 46. Ep. 2, 28] P

38 CALLISTRATUS libro I quaestionum. Nam imperator noster Seuerus rescripsit in ambiguitatibus quae ex legibus proficiscuntur consuetudinem aut rerum perpetuo similiter iudicatarum auctoritatem uim legis optinere debere. [B. 2, 1, 46] P

39 CELSUS libro XXIII digestorum. Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine optentum est, in aliis similibus non optinet. [B. 2, 1, 47] E

40 MODESTINUS libro I regularum. Ergo omne ius aut consensus fecit aut necessitas constituit aut firmauit consuetudo. [B. 2, 1, 48] E

41 ULPIANUS libro II institutionum. Totum autem ius constitit[1] aut in adquirendo aut in conseruando aut in minuendo: aut enim hoc agitur quemadmodum quid cuiusque fiat, aut quemadmodum quis rem uel ius suum conseruet, aut quomodo alienet aut amittat. [B. 2, 1, 49] *S

IIII.

℟ DE CONSTITUTIONIBUS PRINCIPUM ℟

1 ULPIANUS libro primo institutionum. Quod principi placuit, legis habet uigorem: utpote cum lege regia, quae de imperio eius lata est, populus ei et in eum omne 1 suum imperium et potestatem conferat. Quodcumque igitur imperator per epistulam et subscriptionem statuit uel cognoscens decreuit uel de plano interlocutus est uel edicto praecepit, legem esse constat. haec sunt quas uolgo constitutiones appellamus. 2 Plane ex his quaedam sunt personales nec ad exemplum trahuntur: nam quae princeps alicui ob merita indulsit uel si quam poenam irrogauit uel si cui sine exemplo subuenit, personam non egreditur. [I. 1, 2, 6. B. 2, 6, 2] S [Ep. 1, 28] [Ep. 1, 27]

FRP(VU)

---

[1] consistit (*u. i.*)?

---

1 ulpianus] *ita F neque quicquam ibi emendatum est* | I F^1, prim. F^2, *om. V* 2 non ex] non *R*, ex non *V* | obseruar solet *R* 3 libro iiii] libro i *PVU* 4 contradicto aliquando (aliquam *R*) iudicio] *ita Graeci quoque uidentur legisse:* ἀντιρρήσεώς ποτε γενομένης ἐν δικαστηρίῳ *BS* (*Doroth.*?); φιλονεικίας ποτὲ γενομένης ... φῆφος δικαστικὴ ταύτην ἐκύρωσεν *BS* (*Steph.*); ἀμφισβητηθεῖσα ἐν δικαστηρίῳ *B* (*Anon.*). *nec puto Latinum esse rem contradici pro rei et magis sic accipio* contradicto *ut 2, 4, 15* dissimulato 6 germonianus *P* | sed et] sed *PVU* 7 uelut] uel *R*, *om. V* | tacita] tacina $F^{ac}R$ | conuentione *P* 8 ea] eam *R* 10 ut *om.* F^1 | necesses *R* | scripto] pt *in litura F* | id *om. PVU* 11 quaesticionum *R* | interpretatione's' *F*, interpraetacionem *R* | in'primis in'spiciendum F^2 12 petro *R* | eiusmodo P^a, huiusmodi *V* | casibus usa] casibusa F^1R 14 quaesticionum *R* | rescipsit *R* 16 uim legis] in legibus *PU* 17 introductum est *PU* 18 'si'milibus F^1 19 consensu's' F^1 21 constituta F^a, consistit *PU*, cynictatai *B* | in adqu.] adq. *R* 23 conseruat *R* 24 aut at amittat *R* 26 *rubricam om. R* 27 legis] leges F^1 28 utpote] utputate F^{ac} 29 imperator 'conferat quodcum igitur imperator' per *F* 30 cognoscen *R* 31 esse] esset *R* | quas] que P^aVU | const. uulgo *PVU* 32 his] ius *R* | nam quae] nam quod *P*, namque quod *U* 33 aliqui *F* | meritum *P*

2 ULPIANUS fideicommissorum libro quarto. In rebus nouis constituen- [B. 2, 6, 3. Ep. 1, 31] *P*
dis euidens esse utilitas debet, ut recedatur ab eo iure, quod diu aequum uisum est.

3 IAUOLENUS epistularum libro tertio decimo. Beneficium imperatoris, quod a [B. 2, 6, 4] *E*
diuina scilicet eius indulgentia proficiscitur, quam plenissime interpretari debemus.

4 MODESTINUS libro secundo excusationum. αἱ μεταγενέστεραι διατάξεις [B. 2, 6, 5. Ep. 1, 33] *E*
ἰσχυρότεραι τῶν πρὸ αὐτῶν εἰσίν.

V.

℟ DE STATU HOMINUM ℟ *SPE*

1 GAIUS libro primo institutionum. Omne[1] ius quo utimur [Gai. 1, 8. Ep. 1, 25. BS. 46, 1, 1] *S*
uel ad personas pertinet uel ad res uel ad actiones.

2 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Cum igitur hominum causa [BS. 46, 1, 1] **P*
omne ius constitutum sit, primo de personarum statu ac post de ceteris, ordinem edicti
perpetui secuti et his proximos atque coniunctos applicantes titulos ut res patitur, dicemus.

3 GAIUS libro primo institutionum. Summa itaque de iure personarum [Gai. 1, 9. B. 46, 1, 1] *S*
diuisio[2] haec est, quod omnes homines aut liberi sunt aut serui.

4 FLORENTINUS libro nono institutionum. Libertas est naturalis fa- [I. 1, 3, 1—3. B. 46, 1, 2] *S**
1 cultas eius quod cuique facere libet, nisi si quid ui aut iure prohibetur. Seruitus est
2 con‖stitutio iuris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subicitur. Serui [BS. 46, 1, 1] f. 26
ex eo appellati sunt, quod imperatores captiuos uendere ac per hoc seruare nec occidere
3 solent: mancipia uero dicta, quod ab hostibus manu capiantur.

5 MARCIANUS libro primo institutionum. Et seruorum quidem una est condicio: [B. 46, 1, 3] *S*
1 liberorum autem hominum quidam ingenui sunt, quidam libertini. Serui autem in domi-
nium nostrum rediguntur aut iure ciuili aut gentium: iure ciuili, si quis se maior uiginti
annis ad pretium participandum uenire passus est: iure gentium serui nostri sunt, qui ab
2 hostibus capiuntur aut qui ex ancillis nostris nascuntur. Ingenui sunt, qui ex [I. 1, 4 pr.]
matre libera nati sunt: sufficit enim liberam fuisse eo tempore quo nascitur, licet ancilla
concepit. et e contrario si libera conceperit, deinde ancilla pariat, placuit eum qui nascitur
liberum nasci. nec interest iustis nuptiis concepit an uolgo, quia non debet calamitas
3 matris nocere ei qui in uentre est. Ex hoc quaesitum est, si ancilla praegnas [Ep. 4, 1]
manumissa sit, deinde ancilla postea facta aut expulsa ciuitate *pe*pererit, liberum an ser-
uum pariat. et tamen rectius probatum est liberum nasci et sufficere ei qui in uentre est
liberam matrem uel medio tempore habuisse.

6 GAIUS libro primo institutionum. Libertini sunt, qui[3] ex iusta serui- [Gai. 1, 11. B. 46, 1, 4] *S*
tute manumissi sunt.

7 PAULUS libro singulari de portionibus, quae liberis damnatorum con- [B. 46, 1, 5. Ep. 4, 2] *Sf*
ceduntur. Qui in utero est, perinde ac si in rebus humanis esset custoditur, quotiens de
commodis ipsius partus quaeritur: quamquam alii antequam nascatur nequaquam prosit.
FRP(VU) (l. 6. 7 transp. P)

---

[1] autem *ins. Gaius* [2] et quidem summa diuisio de iure personarum *Gaius* [3] Ingenui sunt qui liberi nati sunt, libertini qui *Gaius*

---

1 nobis *F* 3 nabolenus P^a 5 μετατεννε-σετραι *R*, αμτατενεστεναι *P*, ματατενεστεπαι *V*, εματατενετεπαι *U* | διατάξεις] διατατις *P*, διαι-αζις *V*, διαταζις *U* 6 τῶν] θων *P*, θω (*reliquis Graecis om.*) *V*, φων *U* | πρὸ αὐτῶν] πραυτων *R*, προαυθωνπρογθων *P*, ρογεων *U* 8 *rubricam om. R* | de testatu *F* 9 omne e'ius *F* | quod *R* | utitur F^{ac} 10 accio-nem *R* 11 hermogenius *R* | epitomarcu *R*, eptomarum P^a 12 ac] haec *R* 13 dece-mus F^{ac} 15 homines a *om. R* 17 si quid 'ui' F^2 *cum Inst.*, si quid uia *R*, quod ui *PVU* 18 constutio *F*, constitucium *R* | domino P^a | natura P^a 19 capiuos *R* | ac] hec *R*, et *P* 21 primo *om.* P^aU | intitucionum *R* 22 dominio (domino P^a) nostro *PU* 23 'c'rediguntur *F* | ciuili] ciulet F^1 | quis *om.* RP^aU; γίνεται τις οἰκέτης, ἔνθα *BS* (*Steph.*) 24 annos *R* | iure] isre F^a 26 fuissem *R* 27 conceperit *P Inst.* | e *om. PV* | concepit *PVU* 30 pererit *F*, perpererit *R*, peperit *PU Inst.* 32 habuisset *R* 33 quia ex *R* | seruitute] seruit'a'tet *emendatione imperfecta F* 34 sunt manumissi *R* 35 porticionibus *R* 36 quotie'n's F^b 37 quaeretur F^a | nequequam F^a, nequamquam *R*

8 PAPINIANUS libro tertio quaestionum. Imperator Titus Antoninus re- [B. 46, 1, 6. Ep. 4, 1] *P*
scripsit non laedi statum liberorum ob tenorem instrumenti male concepti.

9 IDEM libro trigensimo primo quaestionum. In multis iuris nostri articulis de- [B. 46, 1, 7] *P*
terior est condicio feminarum quam masculorum. 4

10 ULPIANUS libro primo ad Sabinum. Quaeritur: hermaphroditum cui compa- [B. 46, 1, 8] **S*
ramus? et magis puto eius sexus aestimandum, qui in eo praeualet.

11 PAULUS libro octauo decimo responsorum. Paulus respondit eum, qui uiuente [Ep. 23, 3] *P*
patre[1] et ignorante de coniunctione filiae conceptus est, licet post mortem aui natus sit, iustum filium ei ex quo conceptus est esse non uideri. 9

12 IDEM libro nono decimo responsorum. Septimo mense nasci per- [B. 46, 1, 9; Ποπ. 20] *P*
fectum partum iam receptum est propter auctoritatem doctissimi uiri Hippocratis[2]: et ideo credendum est eum, qui ex iustis nuptiis septimo mense natus est, iustum filium esse.

13 HERMOGENIANUS libro primo iuris epitomarum. Seruus in causa capitali for- [B. 46, 1, 10] *P*
tunae iudici a domino commissus, etsi fuerit absolutus, non fit liber. 14

14 PAULUS libro quarto sententiarum. Non sunt liberi, [Paul. 4, 9, 3. 4. B. 46, 1, 11. Ep. 4, 12] *P*
qui contra formam humani generis conuerso more procreantur: ueluti si mulier monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit. partus autem, qui membrorum humanorum officia ampliauit, aliquatenus uidetur effectus et ideo inter liberos connumerabitur[3].

15 TRYPHONINUS libro decimo disputationum. Arescusa, si tres [B. 46, 1, 12. Ποπ. p. 23. 26. 1, 1. 2] *Pf*
pepererit libera esse testamento iussa, primo partu unum, secundo tres peperit: quaesitum 10
est, an et quis eorum liber esset. haec condicio libertati adposita ‖ iam implenda mulieri f. 26'
est. sed non dubitari debet, quin ultimus liber nascatur: nec enim natura permisit simul uno impetu duos infantes de utero matris excedere, ut ordine incerto nascentium non appareat, uter in seruitute libertateue nascatur. incipiente igitur partu existens condicio efficit, ut ex libera edatur quod postea nascitur, ueluti si quaelibet alia condicio libertati mulieris 15
adposita parturiente ea existat. uel[4] manumissa sub hac condicione, si decem milia heredi Titioue dederit, eo momento quo parit per alium impleuerit[5] condicionem: iam libera peperisse credenda est.

16 ULPIANUS libro sexto disputationum. Idem erit, si eadem [B. 46, 1, 12. Ποπ. p. 24. 1, 1] **S*
Arescusa primo duo pepererat, postea geminos ediderat: dicendum est enim non posse dici 20
utrumque ingenuum nasci, sed eum qui posterior nascitur. quaestio ergo facti potius est, non iuris.

17 IDEM libro uicensimo secundo ad edictum. In orbe Romano qui sunt ex [B. 46, 1, 13] *E*
constitutione imperatoris Antonini ciues Romani effecti sunt.

FRP(VU)

---

[1] uiuente matris patre? [2] *Hippocrates de uictus ratione l. 1 (uol. 1 p. 648 ed. Kuehn):* ὡσαύτως καὶ γόνιμα γίνεται τὰ μὲν θᾶσσον, ἑπτάμηνα τελείως· τὰ δὲ βραδύτερον, ἐννέα μησὶ τελείως ἐς φάος ἀναδείκνυται, *item aliis locis* [3] Mulier si monstrosum aliquid aut prodigiosum enixa sit, nihil proficit: non sunt enim liberi, qui contra formam generis humani conuerso more procreantur. partum, qui membrorum humanorum officia duplicauit, quia hac ratione aliquatenus uidetur effectus, matri prodesse placuit *Paulus is quem habemus* [4] uel] uelut? [5] impleuit?

---

1 papianus *R* | quaescionum *R* | titus] citus *R* | scripsit P^a 2 tenerem F^a 3 questicionum *R* 5 hermaproditum F^1R, ermofrodium P^a, ermofraditum P^b 6 sexus] exsus *R* | eo q' *F* 7 eum *om. PU* 9 con-ceptus F^b | esse *om.* P^aU 10 libro *om. R* 11 uiri *om. R* | hippogratis F^{ac}, hypochratis *P* 12 iustiis *F* 13 fortunae iudici] τῇ τύχῃ τοῦ δικαστηρίου παρὰ τοῦ δεσπότου δοθεὶς *BS* (*Steph.*); fortunae iudicio *libri* 14 commissus *F* 15 s'ol'unt *F* 16 more] mbre F^{ac} 17 eixa *R* 19 trufoninus *R*, trifonius *ut fere semper P* | aretusa *PU* 20 pepererit] peperit *PU* | esse] esset *R* | unum] uno P^a | secundum *R* | perperit *R* 21 esse't' F^2, esses *R* 22 dubitori P^a | qui in ultimis *R* 23 nancencium *R* 24 incipiendi *R* 25 liberedatur *R* | alio P^a 26 partur it'iente *F* | uel] et *P*, *inc. U* | hereditatioue F^1, heredicioue *R* 27 m'om'ento F^b | peperisse] reperise *R* 29 libro uii P^bVU, libro uiii P^a 30 aretusa *PV*, aretrusa *U* | duos *PVU* | pariat PU^b, *inc.* U^a 31 quaescio *R* | potius] ootius F^{ac} 32 iuris] iniuriis *R* 33 lib. xii *PV*, libro xui *U* | in orbe Romano] *FR cum BS* (*Steph.*): ἐν τῷ κύκλῳ τῷ Ρωμαϊκῷ, in urbe romana *PVU* 34 imperatoris] *FR cum BS* (*Steph.*): Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως, diui *PVU*

18 IDEM libro uicensimo septimo ad Sabinum. Imperator Hadrianus Publicio Marcello rescripsit liberam, quae praegnas ultimo supplicio damnata est, liberum parere et solitum esse seruari eam, dum partum ederet. sed[1] si ei, quae ex iustis nuptiis concepit, aqua et igni interdictum est, ciuem Romanum parit et in potestate patris. B. 46, 1, 14. Ep. 4, 10 S* 4

19 CELSUS libro uicensimo nono digestorum. Cum legitimae nuptiae factae sint, patrem liberi sequuntur: uolgo quaesitus matrem sequitur. B. 46, 1, 15 E

20 ULPIANUS libro trigensimo octauo ad Sabinum. Qui furere coepit, et statum et dignitatem in qua fuit et magistratum et potestatem uidetur retinere, sicut rei suae dominium retinet. B. 46, 1, 16. Ep. 4, 17 S* 9

21 MODESTINUS libro septimo regularum. Homo liber, qui se uendidit, manumissus non ad suum statum reuertitur, quo se abdicauit, sed efficitur libertinae condicionis. E

22 IDEM libro duodecimo responsorum. Herennius Modestinus respondit, si eo tempore enixa est ancilla, quo secundum legem donationis manumissa esse debuit, cum ex constitutione libera fuerit, ingenuum ex ea natum. B. 46, 1, 17 E 14

23 IDEM libro primo pandectarum. Uolgo concepti dicuntur qui patrem demonstrare non possunt, uel qui possunt quidem, sed eum habent, quem habere non licet. qui et spurii appellantur παρὰ τὴν σποράν. B. 46, 1, 18 E

24 ULPIANUS libro uicensimo septimo ad Sabinum. Lex naturae haec est, ut qui nascitur sine legitimo matrimonio matrem sequatur, nisi lex specialis aliud inducit. B. 46, 1, 19 S* 19

25 IDEM libro primo ad legem Iuliam et Papiam. Ingenuum accipere debemus etiam eum, de quo sententia lata est, quamuis fuerit libertinus: quia res iudicata pro ueritate accipitur. B. 46, 1, 20 E D. 50, 17, 207

26 IULIANUS libro sexagensimo nono digestorum. Qui in utero sunt, in toto paene iure ciuili intelleguntur in rerum natura esse. nam et legitimae hereditates his restituuntur: et si praegnas mulier ab hostibus capta sit, id quod natum erit postliminium habet, item patris uel matris condicionem sequitur: praeterea si ancilla praegnas subrepta fuerit, quamuis apud bonae fidei emptorem pepererit, id quod natum erit tamquam furtiuum usu non capitur: his ‖ consequens est, ut libertus quoque, quamdiu patroni filius nasci possit, eo iure sit, quo sunt qui patronos habent. B. 46, 1, 21. Ep. 4, 2. 6 S* 25 f. 27 29

27 ULPIANUS libro quinto opinionum. Eum, qui se libertinum esse fatetur, nec adoptando patronus ingenuum facere potuit. B. 46, 1, 22 S*

VI.

℟ DE HIS QUI SUI UEL ALIENI IURIS SUNT ℟ SE

1 GAIUS libro primo institutionum. De iure personarum alia diuisio sequitur, quod quaedam[2] personae sui iuris sunt, quaedam alieno iuri subiectae sunt[3]. uideamus itaque[4] de his, quae alieno iuri subiectae sunt[5]: nam si cognouerimus Gai. 1, 48. 50—53 S* 35 B. 31, 1, 1

FR (deficit u. 18 in septimo*) P(VU)*

---

[1] sed et (*Hal.*)? [2] sequitur de iure personarum alia diuisio. nam quaedam *Gaius* [3] sunt subiectae *Gaius* [4] sed rursus earum personarum, quae alieno iuri subiectae sunt, aliae in potestate, aliae in manu, aliae in mancipio sunt. uideamus nunc *Gaius* [5] sint *Gaius*

---

2 puplio *R*, publico P^aU | rescipsit *F* | libera P^aV | sulpicio *R* 3 eam] eaⁿ *F* 4 igne P^a | e·s·t F^2 | parit] parere *PVU* 6 liberis *R* 7 octauo] uiiii *P* | furore F^a 8 in qua] iniqua *R* 9 suae] sui *R* | retinet *om.* F^1 10 septi reg. *R* | homor *R* 11 seuertitur F^a | ·s·e F^2 13 enixest *R* | manumissa esse debuit cum constitutione *bis* F^{ac} 15 librimo pand. *R* | uolgo] uol *R* | concepti] necepti F^1 17 παρὰ] нар *P* 19 lex'natur' spec. *F* 20 ingenium *P* 21 eum] cum P^a | de *om.* F^a | quo'que' *F* 23 qui in] quin *F* 24 ciuile F^a 25 postliminum P^aU 26 ancilla *om.* F^1 27 peperit *PU* 31 adoptandum F^{ac} 33 sunt *om. P* 35 personae *om. PVU* 36 nam *om. Gaii codex Uer.*

quae istae personae sunt, simul intellegemus quae sui iuris sunt. dispiciamus itaque de
1 his, quae[1] in aliena potestate sunt. Igitur in potestate[2] sunt serui dominorum (quae quidem potestas iuris gentium est: nam apud omnes peraeque gentes animaduertere possumus dominis in seruos uitae necisque potestatem fuisse) et quodcumque per seruum adquiritur, id
2 domino adquiritur. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio Romano sunt[3], licet supra modum et sine causa legibus cognita[4] in seruos suos saeuire. nam ex constitutione diui[5] Antonini qui sine causa seruum suum occiderit, non minus puniri[6] iubetur, quam qui alienum seruum occiderit. sed et maior[7] asperitas dominorum eiusdem principis constitutione[8] coercetur.

2 Ulpianus libro octauo de officio proconsulis[9]. Si [Coll. 3, 3. I. 1, 8, 2. B. 31, 1, 2. 19, 7. 11] dominus in seruos saeuierit uel ad impudicitiam turpemque uiolationem compellat, quae sint partes praesidis, ex rescripto diui Pii ad Aelium Marcianum proconsulem Baeticae manifestabitur. cuius rescripti uerba haec sunt: 'Dominorum quidem potestatem in suos 'seruos illibatam esse oportet nec cuiquam hominum ius suum detrahi: sed dominorum 'interest, ne auxilium contra saeuitiam uel famem uel intolerabilem iniuriam denegetur his 'qui iuste deprecantur. ideoque cognosce de querellis eorum, qui ex familia Iulii Sabini 'ad statuam confugerunt, et si uel durius habitos quam aequum est uel infami iniuria 'affectos cognoueris, ueniri iube ita, ut in potestate domini non reuertantur. qui si meae 'constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum seuerius exsecuturum.' diuus etiam Hadrianus Umbriciam quandam matronam in quinquennium relegauit, quod ex leuissimis causis ancillas atrocissime tractasset.

3 Gaius libro primo institutionum. Item in potestate nostra sunt liberi [Gai. 1, 55. B. 31, 1, 3 S*] nostri, quos ex iustis nuptiis procreauerimus[10]: quod ius proprium ciuium Romanorum est.

4 Ulpianus libro primo institutionum. Nam ciuium Romanorum quidam sunt [B. 31, 1, 4. 5 S*] patres familiarum, alii filii familiarum, quaedam matres familiarum, quaedam filiae familiarum. patres familiarum sunt, qui sunt suae potestatis siue puberes siue impuberes: simili modo matres familiarum: filii familiarum et filiae, quae sunt in aliena potestate. nam qui ex me et uxore mea nascitur, in mea potestate est: item qui ex filio [I. 1, 9, 3] meo et uxore eius nascitur, id est nepos meus et neptis, aeque in mea sunt potestate, et pronepos et proneptis et deinceps ceteri.

5 Idem libro trigensimo sexto ad Sabinum. Nepotes ex filio mortuo auo reccidere solent S* in filii potestatem, hoc est patris sui: simili modo et pronepotes et deinceps uel in filii potest‖ate[11], si uiuit et in familia mansit, uel in eius parentis, qui ante eos in potestate est. f. 27 et hoc non tantum in naturalibus, uerum in adoptiuis quoque iuris est.

FP(VU)

---

[1] sint ac prius dispiciamus de iis qui *Gaius* [2] in potestate itaque *Gaius* [3] nec ciuibus Romanis nec ullis aliis hominibus, qui sub imperio populi Romani sunt *Gaius* [4] legibus cognita *om. Gaius* [5] diui] sacratissimi imperatoris *Gaius* [6] teneri *Gaius* [7] quoque *ins. Gaius* [8] per eiusdem principis constitutionem *Gaius* [9] sub titulo de dominorum saeuitia *add. Coll.* [10] quos iustis nuptiis procreauimus *Gaius* [11] potestatem (*Hal.*)?

---

1 intelligimus *P* 4 in't'seruos *F*, in seruis P^a | adquiritur id] ad P^a 5 imperi *F* (*suppl. f*) 6 licet] leget F^1 | modus P^a 7 non] no *F* (*suppl. f*) | poniri *F* 8 eiusdem] eius P^a 11 seruum *Coll.* 12 sunt *PVU* | aelium] aurelium *Coll.* | ueticae *FPV*, uertice (misso *postea add. m. ead.*) *U*, beticae *Coll.* (*Berol.*) 13 manifestatur *Coll.* | sunt haec *P* | in seruos suos *PU Coll.* (*Berol.*) 14 su'u'm F^2 17 et] ut *PVU* | 'a'durius *F* | infami] infamiae *Coll.* (*Berol.*) 18 ueniri $F^{ac}PV$ *Coll.* (*Berol.*), uenire $F^{pc}U$, uendere *uel* uenundari *Inst.* | iube ita] iubeta *F* (*suppl. f*), iubet *Coll.* (*Berol.*) | potestatem *Coll.* (*Berol.*) *Inst.* | qui si] quod si *Coll.* 19 exsecuturus P^a, exequiturum *V* | etiam *om.* P^a 20 umbriciam] umbram *Coll.* 21 tractasset] tractare *Coll.* (*Berol.*) 23 quos] quod F^a 25 patrem familias P^a | alii filii familiarum *om.* F^1, alii filii familias P^a | matrem P^a 26 suae pot. sunt *PVU* 27 filii familiarum *om. PVU* (*hic suppl. m. rec. ex* 'pi') | quae] quedam P^a 29 eius] eiui F^1 | nepos't' *F* 30 pro 'nepos et pro' neptis F^2 31 lib. xxui *P*, liberi lxxxu *U* | re'c'cidere *F* 32 potestate *PU* | hoc est] hoc est in potestate *P* | pronepos *PV* | 'et' deinceps F^b 33 potest‖tate *F* | si] sui *P* | familiam *PU* | parentes P^a

IDEM libro nono ad Sabinum. Filium eum definimus, qui ex uiro et uxore eius nascitur. sed si fingamus afuisse maritum uerbi gratia per decennium, reuersum anniculum inuenisse in domo sua, placet nobis Iuliani sententia hunc non esse mariti filium. non tamen ferendum Iulianus ait eum, qui cum uxore sua adsidue moratus nolit filium adgnoscere quasi non suum. sed mihi uidetur, quod et Scaeuola probat, si constet maritum aliquamdiu cum uxore non concubuisse infirmitate interueniente uel alia causa, uel si ea ualetudine pater familias fuit ut generare non possit, hunc[1], qui in domo natus est, licet uicinis scientibus, filium non esse. S B. 81, 1, 6

IDEM libro uicensimo quinto ad Sabinum. Si qua poena pater fuerit affectus, ut uel ciuitatem amittat uel seruus poenae efficiatur, sine dubio nepos filii loco succedit. S B. 81, 1, 7

IDEM libro uicensimo sexto ad Sabinum. Patre furioso liberi nihilominus in patris sui potestate sunt: idem et in omnibus est parentibus, qui habent liberos in potestate. nam cum ius potestatis moribus sit receptum nec possit desinere quis habere in potestate, nisi exierint liberi quibus casibus solent, nequaquam dubitandum est remanere eos in potestate. quare non solum eos liberos in potestate habebit, quos ante furorem genuit, uerum et si qui ante furorem concepti in furore editi sunt. sed et si in furore agente eo uxor concipiat, uidendum an in potestate eius nascatur filius: nam furiosus licet uxorem ducere non possit, retinere tamen matrimonium potest: quod cum ita se habeat, in potestate filium habebit. proinde et si furiosa sit uxor, ex ea ante conceptus in potestate nascetur: sed et in furore eius conceptus ab eo qui non furebat sine dubio in potestate nascetur, quia retinetur matrimonium. sed et si ambo in furore agant et uxor et maritus et tunc concipiat, partus in potestate patris nascetur, quasi uoluntatis reliquiis in furiosis manentibus: nam cum consistat matrimonium altero furente, consistet et utroque. Adeo autem retinet ius potestatis pater furiosus, ut et adquiratur illi commodum eius, quod filius adquisiuit. S B. 81, 1, 8

POMPONIUS libro sexto decimo ad Quintum Mucium. Filius familias in publicis causis loco patris familias habetur, ueluti ut magistratum gerat, ut tutor detur. E B. 81, 1, 9

ULPIANUS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. Si iudex nutriri uel ali oportere pronuntiauerit, dicendum est de ueritate quaerendum, filius sit an non: neque enim alimentorum causa ueritati facit praeiudicium. E B. 81, 1, 10

MODESTINUS libro primo pandectarum. Inuiti filii naturales uel emancipati non rediguntur in patriam potestatem. E B. 81, 1, 11

VII.

℟ DE ADOPTIONIBUS ET EMANCIPATIONIBUS ET ALIIS MODIS QUIBUS POTESTAS SOLUITUR ℟ SPE

MODESTINUS libro secundo regularum. Filios familias non solum natura, uerum et adoptiones faciunt. ‖ Quod adoptionis nomen est quidem generale, in duas autem species diuiditur, quarum altera adoptio similiter dicitur, altera adrogatio. adoptantur filii familias, adrogantur qui sui iuris sunt. *E Ep. 5, 10 f. 28

GAIUS libro primo institutionum. Generalis enim adoptio duo- *S Gai. 1, 98. 99. Ep. 5, 10

FR (incipit u. 22 a patris*) P(VU)*

[1] huic?

1 eum *om. F*[1] 2 adfuisse P^a, abfuisse $P^b VU$ 4 noluit *PU* 5 m'i'hi F^2 | prouat F^1 9 lib. xxui *P*, lib. xxii *U* 12 est] et F^1 13 sit] fit *P* 14 solent] solent liberi P^a 15 potestata quare F^1 16 et *om.* $P^a U$ | furore'o' ed. *F* 17 concepiat F^a | an] est an $P^{a\,b\,1}U$ 18 non posset P^a | habet *P* 19 sit] fuerit *PU* 20 nascitur *PVU*[2], *inc.* U^a | sed et] sed *PV*, sed et si *U* 21 nascitur *PVU* | sed et] et *PU*, at *V* 22 nascitur *PU* | reliquis *FR* 23 cons. in matrimonium *R* | constet utroque P^a, constet et utroque P^b, const.. (constat U^b) et utroque *U* | adeo] deo *R* 24 potestati *R* 27 ut tutor] tutor *PVU* 28 e's't *F* | ali oportere] *F*, alioptere *R*, ali. oportere *PU* 29 debueritate *R* 34. 35 *rubricam om. R* 37 adoptiones nom. *R* | generalem *R* 38 diuitur *R*

bus modis fit, aut principis auctoritate aut magistratus imperio. principis auctoritate[1] adoptamus eos qui sui iuris sunt: quae species adoptionis dicitur adrogatio, quia et is qui adoptat rogatur, id est interrogatur, an uelit eum quem adoptaturus sit iustum sibi filium esse, et is qui adoptatur rogatur, an id fieri patiatur[2]. imperio magistratus adoptamus eos qui in potestate parentis[3] sunt, siue primum gradum liberorum optineant, qualis est filius

1 filia[4], siue inferiorem, qualis est nepos neptis, pronepos proneptis. Illud[5] (Ep.) Gai. 1, 103
utriusque adoptionis commune est, quod et hi qui generare non possunt, quales sunt spadones,

2 adoptare possunt. Hoc uero proprium est eius adoptionis, quae per prin- Gai. 1, 107. B. 33, 1, 1
cipem fit[6], quod is qui liberos in potestate habet si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subicitur, sed et[7] liberi eius in eiusdem fiunt potestate tamquam nepotes.

3 PAULUS libro quarto ad Sabinum. Si consul uel praeses filius familias B. 33, 1, 2. Ep. 5, 13 *S
sit, posse eum apud semet ipsum uel emancipari uel in adoptionem dari constat.

4 MODESTINUS libro secundo regularum. Magistratum, apud quem legis actio B. 33, 1, 3 *E
est, et emancipare filios suos et in adoptionem dare apud se posse Neratii sententia est.

5 CELSUS libro uicensimo octauo digestorum. In adoptionibus eorum B. 33, 1, 4. Ep. 5, 11 *E
dumtaxat, qui suae potestatis sunt, uoluntas exploratur[8]: sin autem a patre dantur in adoptionem, in his utriusque arbitrium spectandum est uel consentiendo uel non contradicendo.

6 PAULUS libro trigensimo quinto ad edictum. Cum nepos adoptatur B. 33, 1, 5. Ep. 5, 16 *S
quasi ex filio natus, consensus filii exigitur, idque etiam Iulianus scribit.

7 CELSUS libro trigensimo nono digestorum. Cum adoptio fit, non est necessaria in eam *E
rem auctoritas eorum, inter quos iura adgnationis consequuntur.

8 MODESTINUS libro secundo regularum. Quod ne curatoris auctoritas B. 33, 1, 6. Ep. 5, 20 *E
intercederet in adrogatione ante tenuerat, sub diuo Claudio recte mutatum est.

9 ULPIANUS libro primo ad Sabinum. Etiam caecus adoptare uel B. 33, 1, 7. Ep. 5, 15 S
adoptari potest.

10 PAULUS libro secundo ad Sabinum. Si quis nepotem quasi ex filio B. 33, 1, 8. Ep. 5, 17 S
natum quem in potestate habet consentiente filio adoptauerit, non adgnascitur auo suus heres, quippe cum post mortem aui quasi in patris sui reccidit[9] potestatem.

11 IDEM libro quarto ad Sabinum. Si is qui filium haberet in nepotis B. 33, 1, 9. Ep. 5, 17 S
locum adoptasset perinde atque si ex eo filio natus esset, et is filius auctor factus non esset: mortuo auo non esse nepotem in potestate filii.

12 ULPIANUS libro quarto decimo ad Sabinum. Qui liberatus est patria potestate, B. 33, 1, 10 S
is postea in potestatem honeste reuerti non potest nisi adoptione.

13 PAPINIANUS libro trigensimo sexto quaestionum. In omni fere iure B. 33, 1, 11. Ep. 5, 18 *P
finita patris adoptiui potestate nullum ex pristino retinetur uestigium: denique et patria dignitas quaesita per adoptionem finita ea deponitur.

FR (deficit u. 11 in filius*) P(VU)*

---

[1] Adoptio autem duobus modis fit: aut populi auctoritate aut inperio magistratus, uelut praetoris. populi auctoritate *Gaius* [2] et populus rogatur, an id fieri iubeat *ins. Gaius* [3] parentium *Gaius* (*u. i*) [4] filius et filia *Gaii cod.* [5] uero *ins. Gaius* [6] illud proprium est eius adoptionis quae per populum fit *Gaius* [7] sed etiam *Gaius* [8] eorum qui suae pot. sunt ipsorum dumtaxat uoluntas exploratur (*Hal.*)? *sed potius crediderim quae sequuntur post* exploratur *Iustinianorum esse, qui priora uere Celsi suis aptare neglexerint* [9] reccidat (*edd.*)?

---

1 aut mag. i. p. auctoritate *om.* $P^a U$ | auctoritatem ad. *R* 2 iuri *R* 3 interrog.] inrogatur P^a 4 paciuntur *R* | eos *om.* F^1 5 parenti *R*, parentium *Gai.*, τῶν πατέρων *Ep.* | filius filias *R*, filius et filia *Gai.*, ὁ γιὸς καὶ ἡ θυγάτηρ *Ep.* 6 nepos *om.* F^1 7 adoptiones F^1 | quod] quia *Gaii codex contra dig. et inst.* 9 in potestatem *R* 10 nepotes't' *F* 11 sabinom *R*, edictum sabinum P^a 12 emancipare P^a (*inc.* U^a) *cum B* (*Tipuc.*): ΑΥΝΑΤΑΙ ΠΑΡ' ΕΑΥΤΩ ΑΥΤΕΖΟΥCΙΟΝ ΠΟΙΕΙΝ ΚΑΙ ΕΙC ΘΕCΙΝ ΑΙΔΟCΘΑΙ 13 actio est] actione P^a, actionem *U* 14 est 'et' eman. F^2 | nerati'i' F^b 22 adgnation'e'is *F* 23 ne] nec P^a, ut nec *U* 29 au'i' *F* | pot. rec. *PU* 30 habet P^a 31 adoptasset 'et' *F* | et is] ut et is P^a 33 ad 'massurium' sabinum *F* 34 potestate *PU* | 're'uerti F^2 | adopcionem P^a 35 iura P^a 36 adoptiui *om.* P^a | retine're'tur F^2

14 ‖ POMPONIUS libro quinto ad Sabinum. Sed etiam nepos ex filio apud adoptatum[1] patrem conceptus et natus per emancipationem iura omnia perdit. S f. 28'

15 ULPIANUS libro uicensimo sexto ad Sabinum. Si pater familias adoptatus sit, omnia quae eius fuerunt et adquiri possunt tacito iure ad eum transeunt qui adoptauit: hoc amplius liberi eius qui in potestate sunt eum sequuntur: sed et hi, qui postliminio redeunt, uel qui in utero fuerunt cum adrogaretur, simili modo in potestatem 1 adrogatoris rediguntur. Qui duos filios et ex altero eorum nepotem habet, si uult nepotem quasi ex altero natum sic adoptare, potest hoc efficere, si eum emancipauerit et sic adoptauerit quasi ex altero natum. facit enim hoc quasi quilibet, non quasi auus, et qua ratione quasi ex quolibet natum potest adoptare, ita potest et quasi ex altero filio. B. 33, 1, 12. Ep. 5, 14 S (B) (Ep.)

2 In adrogationibus cognitio uertitur, num forte minor sexaginta annis sit qui adrogat, quia magis liberorum creationi studere debeat: nisi forte morbus aut ualetudo in causa sit aut alia iusta causa adrogandi, ueluti si coniunctam sibi per- 3 sonam uelit adoptare. Item non debet quis plures adrogare nisi ex iusta causa, sed nec libertum alienum, nec maiorem minor. B. l. c. Pom. 44 not. Ep. 5, 19 (Pom.)

16 IAVOLENUS libro sexto ex Cassio. Adoptio enim in his personis locum habet, in quibus etiam natura potest habere. Ep. 5, 20 *E

17 ULPIANUS libro uicensimo sexto ad Sabinum. Nec ei permittitur adrogare, qui tutelam uel curam alicuius administrauit, si minor uiginti quinque annis sit qui adrogatur, ne forte eum ideo adroget, ne rationes reddat. item in- B. 33, 1, 13. Pom. 38, 1. Ep. 5, 21 S (Pom.)
1 quirendum est, ne forte turpis causa adrogandi subsit. Eorum dumtaxat pupillorum adrogatio permittenda est his, qui[2] uel naturali cognatione uel sanctissima affectione ducti adoptarent, ceterorum prohibenda, ne esset in potestate tutorum et finire tutelam et Ep. 5, 22
2 substitutionem a parente factam extinguere. Et primum quidem excutiendum erit, quae facultates pupilli sint et quae eius, qui adoptare eum uelit, ut aestimetur ex comparatione earum, an salubris adoptio possit pupillo intellegi: deinde cuius uitae sit is, qui uelit pupillum redigere in familiam suam: tertio cuius idem aetatis sit, ut aestimetur, an melius sit de liberis procreandis cogitare eum quam ex aliena familia quemquam redigere Ep. 5, 23
3 in potestatem suam. Praeterea uidendum est, an non debeat permitti ei, qui uel unum habebit uel plures liberos, adoptare alium, ne aut illorum, quos iustis nuptiis procreauerit, deminuatur spes quam unusquisque liberorum obsequio paret sibi, aut qui
4 adoptatus fuit minus percipiat quam dignum erit eum consequi. Interdum et ditiorem permittetur adoptare pauperiori, si uitae eius sobrietas clara sit uel affectio honesta nec in-
5 cognita. Satisdatio autem in his casibus dari solet. Ep. 5, 23

18 MARCELLUS libro uicensimo sexto digestorum. Non aliter enim uoluntati eius, qui adrogare pupillum uolet, si causam eius ob alia probabit, subscribendum erit, quam si cauerit seruo publico se restituturum ea, quae ex bonis eius consecutus fuerit, illis, ad quos res peruentura esset, si adrogatus permansis‖set in suo statu. *E f. 29

19 ULPIANUS libro uicensimo sexto ad Sabinum. His uerbis satisdationis quae ab adrogatore praestari debet 'ad quos ea res pertinet' et libertatibus prospectum esse, quae se- Ep. 5, 24 S

FP(VU)

---

[1] adoptati? [2] his qui] si qui?

---

1 quinto] ui P^aU | adoptatum] optatum P^a 2 et] est $F^{ac}P^a$ | perdet *PVU* 4 omnia e *F* | et adq. poss. *om. PU* (*in mg. suppl. ex* pi) 5 eum conseq. P^aVU 6 postliminium P^a | in utero] utero P^a | cum *om.* F^1 | arrogarentur *P* | potestate *PU* 9 et sic adopt. *om.* P^a | non] et non *PVU* | auus et q. r. quasi *om.* P^a, et *om.* P^bU 11 adrogation e ibus *F* 12 qui *om.* F^1 | debet *PVU* 15 minus P^a 18 permititur *F* 19 uel *om.* F^1 20 ideo *om.* P^a 21 turpis] temporis P^a 22 permittend a *F* 23 adoptaret P^a, adoptauerint *U* 25 qui facultates F^1 | quae in eius *F* 27 redegere F^1 | cuius idem] cuiusdem P^a, cuius demum P^bU^b, cuiusdam *V*, cuius U^a 28 sit *om.* P^aU^a 29 potestate sua *P* | uidendum] euidendum P^a 30 quos] quod F^1 32 ex o it *F* | permittitur *PU* 35 enim *om.* P^a 36 probauit F^1 37 restituturum P^a | ea *om. PVU* 39 ab] ad P^a 40 ea s *F*

cundis tabulis datae sunt, et multo magis substituto seruo, item legatariis, nemo dubitat. (Ep.)

1 Quae satisdatio si omissa fuerit, utilis actio in adrogatorem datur.

20 MARCELLUS libro uicensimo sexto digestorum. Haec autem satisdatio locum habet, si impubes decessit. sed etsi de pupillo loquitur, tamen hoc et in pupilla obseruandum est. *E 4

21 GAIUS libro singulari regularum. Nam et feminae ex rescripto principis adrogari possunt. B. 38, 1, 17 S

22 ULPIANUS libro uicensimo sexto ad Sabinum. Si adrogator decesserit impubere relicto filio adoptiuo et mox impubes decedat, an heredes adrogatoris teneantur? et dicendum 1 est heredes quoque restituturos et bona adrogati et praeterea quartam partem. Sed an impuberi adrogator substituere possit, quaeritur: et puto non admitti substitutionem, nisi forte ad quartam solam quam ex bonis eius consequitur, et hactenus ut ei usque ad pubertatem substituat. ceterum si fidei eius committat, ut quandoque restituat, non oportet admitti fideicommissum, quia hoc non iudicio eius ad eum peruenit, sed principali prouidentia. 2 Haec omnia dicenda sunt, siue in locum filii siue in locum nepotis aliquis impuberem adrogauerit. B. 38, 1, 18 S (B)

23 PAULUS libro trigensimo quinto ad edictum. Qui in adoptionem datur, his quibus adgnascitur et cognatus fit, quibus uero non adgnascitur nec cognatus fit: adoptio enim non ius sanguinis, sed ius adgnationis adfert. et ideo si filium adoptauero, uxor mea illi matris loco non est, neque enim adgnascitur ei, propter quod nec cognata eius fit: item nec mater mea auiae loco illi est, quoniam his, qui extra familiam meam sunt, non adgnascitur: sed filiae meae is quem adoptaui frater fit, quoniam in familia mea est filia: nuptiis tamen etiam eorum prohibitis. B. 38, 1, 19. Ep. 5, 26 S

24 ULPIANUS libro primo disputationum. Neque absens neque dissentiens adrogari potest. B. 38, 1, 20 S

25 IDEM libro quinto opinionum. Post mortem filiae suae, quae ut mater familias quasi iure emancipata uixerat et testamento scriptis heredibus decessit, aduersus factum suum, quasi non iure eam nec praesentibus testibus emancipasset, pater mouere contro1 uersiam prohibetur. Neque adoptare neque adrogare quis absens nec per alium eiusmodi sollemnitatem peragere potest. B. 38, 1, 21 S

26 IULIANUS libro septuagensimo digestorum. Quem filius meus emancipatus adoptauerit, is nepos meus non erit. B. 38, 1, 22 S

27 IDEM libro octagensimo quinto digestorum. Ex adoptiuo natus adoptiui locum optinet in iure ciuili. B. 38, 1, 23 S

28 GAIUS libro primo institutionum. Liberum arbitrium est ei, qui filium et ex eo nepotem in potestate habebit, filium quidem potestate demittere, nepotem uero in potestate retinere: uel ex diuerso filium quidem in potestate retinere, nepotem uero manumittere: uel omnes sui iuris efficere. eadem et de pronepote ‖ dicta esse intellegemus. Gai. 1, 133 rest. I. 1, 12, 7. B. 38, 1, 24 S f. 29'

29 CALLISTRATUS libro secundo institutionum. Si pater naturalis loqui quidem non possit, alio tamen modo quam sermone manifestum facere possit uelle se filium suum in adoptionem dare: perinde confirmatur adoptio, ac si iure facta esset. B. 38, 1, 25 S

30 PAULUS libro primo regularum. Et qui uxores non habent filios adoptare possunt. B. 38, 1, 26 S

FP(VU)

---

1 dubitabat P^a 4 obserbandum *F* 5 fiminae F^a | adrogare P^a, ΥΙΟΘΕΤΟΥΝΤΑΙ *Tipuc.* 8 e's't dic. *F* 9 restituere se bona *PVU* | propterea P^a 11 usqu'a'e *F* 12 si *om.* P^a | ut] at F^1 13 fideicom'm'issum *F*, fidei commissus P^a | hoc] haec P^a, *om. U* | iudicio eius] dico P^a 16 adoptione *P* 17 et *om. PVU* 18 offert *PU* | adoptauero] adoptauerit *F*, adoptauerim *Taur.* 19 'p'illi *F* | cognita F^1 20 nec] ne P^a | extra'm' *F* 21 frater fit (est P^bU) quoniam in familia mea (mae F^a) est filia *FP^{b}U*, fr•••m in filia mea • filie P^a 28 absent F^1 | neque P^a | huiusmodi *P* 31 nepos meus] meus P^a, meus nepos P^bU 33 in iure] ure P^a 35 est ei] ei P^a, ei est *V* | dimittere *PVU* 37 et 'de' F^2 38 intelligimus *PVU* 40 fac. potest *P* | se's' *F* | suum *om. PU* 41 confirs]matur *F* | iura P^a

31 MARCIANUS libro quinto regularum. Non potest filius, qui est in potestate patris, ullo modo compellere eum, ne sit in potestate, siue naturalis siue adoptiuus. [B. 33, 1, 27] S

32 PAPINIANUS libro trigensimo primo quaestionum. Nonnumquam autem impubes qui adoptatus est audiendus erit, si pubes factus emancipari desideret, idque causa cognita per iudicem statuendum erit. Imperator Titus Antoninus rescripsit pri- [B. 33, 1, 28] *P [Ep. 5, 25]
1 uignum suum tutori adoptare permittendum.

33 MARCIANUS libro quinto regularum. Et si pubes factus non expedire sibi in potestatem eius redigi probauerit, aequum esse emancipari eum a patre adoptiuo atque ita pristinum ius reciperare. [B. 33, 1, 29. Ep. 5, 25] Sf

34 PAULUS libro undecimo quaestionum. Quaesitum est, si tibi filius in adoptionem hac lege sit datus, ut post triennium puta eundem mihi in adoptionem des, an actio ulla sit. et Labeo putat nullam esse actionem: nec enim moribus nostris conuenit filium temporalem habere. [B. 33, 1, 30] P

35 IDEM libro primo responsorum. Per adoptionem dignitas non minuitur, sed augetur. unde senator etsi a plebeio adoptatus est, manet senator: similiter manet et senatoris filius. [B. 33, 1, 31. Ep. 5, 9] P

36 IDEM libro octauo decimo responsorum. Emancipari filium a patre quocumque loco posse constat, ut exeat de patria potestate. Apud proconsulem etiam in ea prouincia, quam sortitus non est, et manumitti et in adoptionem dari posse placet. [B. 33, 1, 32] P
1

37 IDEM libro secundo sententiarum. Adoptare quis nepotis loco potest, etiam si filium non habet. Eum quem quis adoptauit, emancipatum uel in adoptionem datum iterum non potest adoptare. [B. 33, 1, 33. Ep. 5, 26] Pf
1

38 MARCELLUS libro uicensimo sexto digestorum. Adoptio non iure facta a principe confirmari potest. [B. 33, 1, 34] E

39 ULPIANUS libro tertio de officio consulis. Nam ita diuus Marcus Eutychiano rescripsit: 'Quod desideras an impetrare debeas, aestimabunt iudices adhibitis etiam his, qui contra 'dicent, id est qui laederentur confirmatione adoptionis'. E

40 MODESTINUS libro primo differentiarum. Adrogato patre familias liberi, qui in eius erant potestate, nepotes apud adrogatorem efficiuntur simulque cum suo patre in eius reccidunt potestatem. quod non similiter in adoptionem contingit: nam nepotes ex eo [B. 33, 1, 35] E
1 in aui naturalis retinentur potestate. Non tantum cum quis adoptat, sed et cum adrogat, (B)
2 maior esse debet eo, quem sibi per adrogationem uel per adoptionem filium facit, et utique plenae pubertatis: id est decem et octo annis eum praecedere debet. Spado adrogando suum heredem sibi adsciscere potest nec ei corporale uitium impedimento est. [B. l. c.]

41 IDEM libro secundo regularum. Si pater filium, ex quo nepos illi est in potestate, emancipauerit et postea eum adoptauerit: mortuo eo nepos in patris non reuertitur potestatem. ‖ nec is nepos in patris reuertitur potestatem, quem auus retinuerit filio dato in adoptionem, quem denuo redadoptauit. [B. 33, 1, 36] E q. 2 f. 30

42 IDEM libro primo pandectarum. Etiam infantem in adoptionem dare possumus. [B. 33, 1, 37] E

43 POMPONIUS libro uicensimo ad Quintum Mucium. Adoptiones non solum [B. 33, 1, 38] E

FP(VU)

---

1 regularis *P* | est *om. P* 2 compellere] compelle P^a | sit in] sciti P^a 4 emancipare P^a | desideret] uelit *PVU*, ἐπιζητεῖ *B* (*Tipuc.*) 5 statu'en'dum F^2 | imperator] nam imperator *PVU* 7 regularis *P* 9 recupera P^a, recuperare P^bVU 10 quaesitum est *om.* P^a, *item, sed ut* quaesitum *adsit post* recuperare *u. 9, V, item, sed ut* quaes. est *adsit u. 11, post* des P^bU 11 ha'e'c *F* | an *om.* P^a 12 nulla P^a | null. put. P^aU | minoribus P^a 14 primo] ii P^aU 15 et si] si P^a 17 octauo decimo] xxuiii *PVU* | emancipari *F* | fi'm'lium *F* 19 quam sortitus] F^2, quaitituras F^1 20 sententia'ru'm F^2 25 dein officio proconsulis *P*, de offitio proconsulis *U* | eutuchiano *F*, eutichiano *PV*, eutibiano *U* 26 existimabunt *PVU* 27 laedere'n'tur 'con'firmatione F^2 29 in eius] eius P^a 30 potestate *PU* | quid P^a 31 cum] quicum P^a 33 's'pado F^2 34 adsciscere] accrescere *PU*, adcrescere *V* 35 regionum P^a, *om. U* 36 emanciuaerit F^1 | reuer'u'titur *F* 37 potestate *P* | nec (ne *V*) is nepos ... 38 redadoptauit *in litura* P^b (*inc.* P^a), nec is nepos in p. reu. pot. *om. U* 40 uicensimo] xxi *PV*, xxu *U*

filiorum, sed et quasi nepotum fiunt, ut aliquis nepos noster esse uideatur perinde quasi ex filio uel incerto natus sit.

44 PROCULUS libro octauo epistularum. Si is, qui nepotem ex filio habet, in nepotis loco aliquem adoptauit, non puto mortuo auo iura consanguinitatis inter nepotes futura esse. sed si sic adoptauit, ut etiam iure legis nepos suus esset, quasi[1] ex Lucio puta filio suo et ex matre familias eius natus esset, contra puto. B. 38, 1, 39 E

45 PAULUS libro tertio ad legem Iuliam et Papiam. Onera eius, qui in adoptionem datus est, ad patrem adoptiuum transferuntur. B. 38, 1, 40. Ep. 5, 27 E

46 ULPIANUS libro quarto ad legem Iuliam et Papiam. In seruitute mea quaesitus mihi filius in potestatem meam redigi beneficio principis potest: libertinum tamen eum manere non dubitatur. Ep. 5, 19 E

VIII.

℟ DE DIUISIONE RERUM ET QUALITATE ℟ SE

1 GAIUS libro secundo institutionum. Summa[2] rerum diuisio in duos articulos deducitur: nam aliae sunt diuini iuris, aliae humani. diuini iuris sunt ueluti res sacrae et religiosae. sanctae quoque res, ueluti muri et portae, quo- dammodo diuini iuris sunt. quod autem diuini iuris est, id nullius in bonis est: id uero, quod humani iuris est, plerumque alicuius in bonis est, potest autem et nullius in bonis esse: nam res hereditariae, antequam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt. hae autem res, quae humani iuris sunt, aut publicae sunt aut priuatae. quae publicae sunt, nullius in bonis esse creduntur, ipsius enim uniuersitatis esse creduntur: priuatae autem sunt, quae 1 singulorum sunt. Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporales. corporales hae sunt, quae tangi possunt, ueluti fundus homo uestis aurum argentum et denique aliae res innumerabiles: incorporales sunt, quae tangi non possunt, qualia sunt ea, quae in iure consistunt, sicut hereditas, usus fructus, obligationes quoquo modo contractae. nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur: nam et fructus, qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt, et id quod ex aliqua obligatione nobis debetur plerumque corporale est, ueluti fundus homo pecunia: nam ipsum ius successionis et ipsum ius utendi fruendi et ipsum ius obligationis incorporale est. eodem numero sunt et iura praediorum urbanorum et rusticorum, quae etiam seruitutes uocantur. Gai. 2, 2. 3. B. 46, 3, 1 S Gai. 2, 8—14 fere rest. I. 2, 2

2 MARCIANUS libro tertio institutionum. Quaedam naturali iure communia sunt omnium, quaedam uniuersitatis, quaedam nullius, pleraque singulorum, quae 1 uariis ex causis cuique adquiruntur. Et quidem naturali iure omnium communia sunt illa: aer, aqua profluens, et mare, et per hoc litora maris. I. 2, 1 pr. 1. B. 46, 3, 2 S

3 FLORENTINUS institutionum libro sexto. Item lapilli, gemmae ceteraque, quae in litore inuenimus, iure naturali nostra statim fiunt. I. 2, 1, 18. BS. 46, 3, 2 S

4 MARCIANUS libro tertio institutionum. Nemo igitur ad litus maris I. 2, 1, 1. BS. 46, 3, 2 S

FP(VU)

---

[1] uti tam iure lege nepos suus esset quam si (*similiter Vintimillius: cf. Gell. 5, 19, 9*)?
[2] itaque *ins. Gaius*

---

1 nepotum] nepotes P^a, nepotis P^bVU 2 uel incerto] FU^b, uel ince••o U^a, uel deinceps P^bV^b, *inc.* P^aV^a, ὡς ἐξ ἀδήλου γιοῦ *Tipuc.* | sit] fit P 4 mortuo] tuo P^a | nepote'm's F 5 si sic] sic si P^a | legis] legis uel P^a 7 pa'p'ulus F 9 quarto] iii P^a | iuliam] iolam F^1 10 potestatem 'm'eam F^2, potestate mea U 14 summa rerum] sumam enim *ut uid.* P^a 15 articulos *om.* F^1 17 iuris e's't F^2 | in nullius P^a, *inter alia om.* V 18 in alicuius PU | et *om.* F^1 19 res *om.* F^1 | aliquis] alius P^a | hae] haec P^aU 20 aut publicae sunt 'nullius' F, aut publicae (*om.* sunt) P, *inter al. om.* V | null'e'ius F 21 credantur ipsius P | sunt *om.* P 22 sunt sing. P 23 ea] haeae PVU 26 hereditate's' F 29 'u'tendi fruendi F^2 30 et rusticorum *om.* P^a, et *om.* V 32 sunt omn. q. uniuersitatis *om.* P^a, sunt *om.* V 33 quique F^a 34 aer *om.* P^bVU (aer ... 35 item *in litura* P^b, *inc.* P^a) 35 libro i institutionum U | item] *om.* P^bVU | ceteraque] cetera P^a, et cetera P^bV 36 iur'e n'aturali F^2 | statim nostra PVU

accedere prohibetur piscandi causa, dum tamen uillis et aedificiis et monumentis abstineatur, quia non sunt iuris gentium sicut et mare: idque et diuus Pius piscatoribus Formianis et
1 Capenatis[1] rescripsit. Sed flumina paene omnia et portus publica sunt. [I. 2, 1, 2. B. 46, 3, 3
5 GAIUS libro secundo rerum cottidianarum ‖ siue aureorum. Ripa- [I. 2, 1, 4 cf. 5. B. 46, 3, 4 S f. 30'
rum usus publicus est iure gentium sicut ipsius fluminis. itaque nauem ad eas appellere, funes ex arboribus ibi natis religare, retia siccare et ex mare reducere[2], onus aliquid in his reponere cuilibet liberum est, sicuti per ipsum flumen nauigare. sed proprietas illorum est, quorum praediis haerent: qua de causa arbores quoque in his natae eorundem [(B)
1 sunt. In mare piscantibus liberum est casam in litore ponere, in qua se recipiant, 9
6 MARCIANUS libro tertio institutionum. in tantum, ut et soli domini constituantur qui ibi S
aedificant, sed quamdiu aedificium manet: alioquin aedificio dilapso quasi iure postliminii reuertitur locus in pristinam causam, et si alius in eodem loco aedificauerit, eius fiet.
1 Uniuersitatis sunt, non singulorum ueluti quae in ciuitatibus sunt theatra [I. 2, 1, 6. B. 46, 3, 5
et stadia et similia et si qua alia sunt communia ciuitatium. ideoque nec seruus communis ciuitatis singulorum pro parte intellegitur, sed uniuersitatis et ideo tam contra ciuem [(I.)
quam pro eo posse seruum ciuitatis torqueri diui fratres rescripserunt. ideo et libertus
2 ciuitatis non habet necesse ueniam edicti petere, si uocet in ius aliquem ex ciuibus. Sacrae
3 res et religiosae et sanctae in nullius bonis sunt. Sacrae autem res sunt hae, quae publice consecratae sunt, non priuate: si quis ergo priuatim sibi constituerit sacrum, sacrum non est, sed profanum. semel autem aede sacra facta etiam diruto aedificio locus sacer manet.
4 Religiosum autem locum unusquisque sua uoluntate facit, dum mortuum infert in [I. 2, 1, 9
locum suum. in commune autem sepulchrum etiam inuitis ceteris licet inferre. sed et in alienum locum concedente domino licet inferre: et licet postea ratum habuerit quam illatus
5 est mortuus, religiosus locus fit. Cenotaphium quoque magis placet locum esse religio- [(I.)
sum, sicut testis in ea re est Uergilius[3]. 25
7 ULPIANUS libro uicensimo quinto ad edictum. Sed diui fratres [D. 11, 7, 6, 1. BS. 46, 3, 5 *E
contra rescripserunt.
8 MARCIANUS libro quarto regularum. Sanctum est, quod ab iniuria [B. 46, 3, 6. Ep. 15, 2 Sf
1 hominum defensum atque munitum est. Sanctum autem dictum est a sagminibus: sunt autem sagmina quaedam herbae, quas legati populi Romani ferre solent, ne quis eos uio-
2 laret, sicut legati Graecorum ferunt ea quae uocantur cerycia. In municipiis quoque muros esse sanctos Sabinum recte respondisse Cassius refert, prohiberique oportere ne quid in his immitteretur.
9 ULPIANUS libro sexagensimo octauo ad edictum. Sacra loca ea sunt, [B. 46, 3, 7. Ep. 15, 2 E
FP(VU)

[1] Capenatis] *firmant BS (Steph.)*: ΚΑΠΕΝΑΤΟΙΣ: *fuitne* Caietanis (*Burmann ad Suetonii Tib. 60*)?
[2] retia siccare et ex mare reducere] *firmant B: fuitne* retia ex mari reducere et siccare?
[3] *Aen. 3, 303:* libabat cineri Andromache manesque uocabat Hectoreum ad tumulum, uiridi quem caespite inanem et geminas, causam[que] lacrimis, sacrauerat aras

1 et mon. et aedificiis (ediciis P^a) *PVU cum Inst.* 3 flumina'e' *F* | e't' *F* | porticis *uel* portius *P* 5 publicus] plicus *F* | ips'i'us *F* | appellere] *F cum BS (Steph.)*: ὠθεῖν τε καὶ προσορμίζειν, *ubi more solito prius uocabulum uersio est* κατὰ πόδα; aplicare *P*, applicare *VU Inst.* 6 mare 're'd'uc'ere F^2, mari deducere *P*, mari deduceret *U*, mare deducere *Inst.*, ἕλκειν ἐκ θαλάσσης *BS (Steph.)* | unus F^{ae} 7 illorum] eorum P^a, illarum P^bU 8 his] hisdem *P*, eisdem *U cum Inst.* 9 pisca'n'tibus F^2 | 'in' qua F^2 | recipiunt *P* 10 ut *om.* P^a 11 aedificium dil. P^a 13 th'e'atra 're't F^2, theatra *U* 14 et stadia *bis* F^{ae} | comm. ciuitatum *VU*, ciuitatum comm. *P* 16 libertis F^1 18 boni sint *P* | heae *PU* | publicae *FP* 19 priuatae *FP* | priuatum *P* | const. sacrum sacrum] PU^b, const. sacrum U^a, sacrum 'constituerit sacrum' F^2 20 ae'de' F^2, hedes P^aV | sacra'e' facta *F* 22 sepulcrhum *F* 23 ratum habuerit] *F cum BS (Steph.)*: εἰ δὲ καὶ μὴ ἐξ ἀρχῆς συνεχώρησε, μεθὸ δὲ τὸ λείψανον εἰσηνέχθη, ῥατοναβίτευσεν ὁ τούτου δεσπότης *et Theophilo:* μαθὼν δὲ τοῦτο κύριον ἡγήσατο τὸ πραχθὲν ὁ δεσπότης, ratum non habuerit *PVU cum Inst. libris praeter Anselmum* 24 locus fit] sit *P*, fit *U*, fit locus *V* | cenotraphium P^a | locum] locus P^a 25 testis] testis est P^a 28 marcianus] οὐλπιανός *B* 29 est aut. dict. P^aU | a sagminibus] *F et Latine BS; sanguinibus* P^aU^a 31 cencia P^a 32 quidem P^a 33 immitetur P^a 34 ulpianus] μαρκιανός *B*

quae publice sunt dedicata, siue in ciuitate sint siue in agro. Sciendum est locum publicum tunc sacrum fieri posse, cum princeps eum dedicauit uel dedicandi dedit potestatem. Illud notandum est aliud esse sacrum locum, aliud sacrarium. sacer locus est locus consecratus, sacrarium est locus, in quo sacra reponuntur, quod etiam in aedificio priuato esse potest, et solent, qui liberare eum locum religione uolunt, sacra inde euocare. Proprie dicimus sancta, quae neque sacra neque profana sunt, sed sanctione quadam confirmata: ut leges sanctae sunt, sanctione enim quadam sunt subnixae. quod enim sanctione quadam subnixum est, id sanctum est, etsi deo non sit consecratum: et interdum in sanctionibus adicitur, ut qui ibi aliquid commisit, capite puniatur. Muros autem municipales nec reficere licet sine principis uel praesidis auctoritate nec aliquid eis coniungere uel superponere. Res sacra non recipit aestimationem. (Ep.)

10 POMPONIUS libro sexto ex Plautio. Aristo ait, sicut id, quod in mare aedificatum sit, fieret priuatum, ita quod mari ‖ occupatum sit, fieri publicum. B. 46, 3, 8 E f. 31

11 POMPONIUS libro secundo ex uariis lectionibus. Si quis uiolauerit muros, capite punitur, sicuti si quis transcendet scalis admotis uel alia qualibet ratione. nam ciues Romanos alia quam per portas egredi non licet, cum illud hostile et abominandum sit: nam et Romuli frater Remus occisus traditur ob id, quod murum transcendere uoluerit. B. 46, 3, 9 E

VIIII.

℟ DE SENATORIBUS ℟ EPS

1 ULPIANUS libro sexagensimo secundo ad edictum. Consulari feminae utique consularem uirum praeferendum nemo ambigit. sed uir praefectorius an consulari feminae praeferatur, uidendum. putem praeferri, quia maior dignitas est in sexu uirili. Consulares autem feminas dicimus consularium uxores: adicit Saturninus etiam matres, quod nec usquam relatum est nec umquam receptum. B. 6, 1, 1 E

2 MARCELLUS libro tertio digestorum. Cassius Longinus non putat ei permittendum, qui propter turpitudinem *senatu* motus nec restitutus est, iudicare uel testimonium dicere, quia lex Iulia repetundarum hoc fieri uetat. B. 6, 1, 2. Ep. 14, 38 E

3 MODESTINUS libro sexto regularum. Senatorem remotum senatu capite non minui, sed Romae morari diuus Seuerus et Antoninus permiserunt. B. 6, 1, 3 E

4 POMPONIUS libro duodecimo ex uariis lectionibus. Qui indignus est inferiore ordine, indignior est superiore. B. 6, 1, 4 E

5 ULPIANUS libro primo ad legem Iuliam et Papiam. Senatoris filium accipere debemus non tantum eum qui naturalis est, uerum adoptiuum quoque: neque intererit, a quo uel qualiter adoptatus fuerit nec interest, iam in senatoria dignitate constitutus eum susceperit an ante dignitatem senatoriam. B. 6, 1, 5 E

6 PAULUS libro secundo ad legem Iuliam et Papiam. Senatoris filius est et is, quem in adoptionem accepit, quamdiu tamen in familia eius manet: emancipatus uero nomen filii emancipatione amittit. A senatore in adoptionem filius datus ei qui inferioris B. 6, 1, 5 E

1 B. 6, 1, 6 FP(VU)

---

1 qu'a'e *F* | sint] sunt *PU* 2 pubicum *F* | dedicauit] dificauit P^a | dedicando P^a 6 proprie] prope P^a | sanctione] *F cum BS (Steph.)*: θεσπισματι δὲ τινι ἤτοι σεβάσματι (*nam sanctio postea quoque uertitur* θέσπισμα), sacratione *PU*, sed sanctione.... sanctae sunt *om. V* 7 sanctione] sanctio ē P^a | quod] qui P^a | sanctione'm' *F* 8 deo] ideo P^aU^a, id deo P^b, deo U^b | sa'n'ctionibus F^2 9 commisserit P^a | mancipales F^1 10 refi'c'ere F^2 | nec] uel *P* 11 sacre P^a | respicit P^a 12 plaudio *PVU* 13 occupa'n'tum *F* | sit] fit *P* | publico P^a 14 u'i'olauerit *F* 15 puniatur PV^bU | si quis] qui *PVU* | trans's'cendet *F* 16 alia] alias *PVU*; ἑτέρωθεν *BS (Steph.)* | egredi] *firmat BS (Steph.)*: ἐξιέναι | h'abeonunandum F^b, abhonunandum F^2 | sit] est sit P^a 17 transcedere *F* 19 'se'natoribus F^2 20 consulare fem. P^a 22 putem] potest P^a, *inc.* V^a | qu'i'a F^b | sexu uirili] xexurili F^1 23 saturnius P^a 24 umquam] usquam *PU* 26 qui] quod P^a | turpitudinem (turputudinem F^{ac}) senatum senatu motus *F* 27 repetendarum *P* 28 'remo'tum F^2 | senatu capite] senatusucapere F^b 29 diui *PU* 30 indignor *P* 32 senatorib F^{ac} 35 senatoriam dignit. *P* 36 senatori'bu's *F* 38 emancipationem P^a | ei] in F^1

dignitatis est, quasi senatoris filius uidetur, quia non amittitur senatoria dignitas adoptione inferioris dignitatis, non magis quam ut consularis desinat esse.

7 Ulpianus libro primo ad legem Iuliam et Papiam. Emancipatum a patre sena- B. 6, 1, 7 *Ef*
1 tore quasi senatoris filium haberi placet. Item Labeo scribit etiam eum, qui post mortem patris senatoris natus sit, quasi senatoris filium esse. sed eum, qui posteaquam pater eius de senatu motus est, concipitur et nascitur, Proculus et Pegasus opinantur non esse quasi senatoris filium, quorum sententia uera est: nec enim proprie senatoris filius dicetur is, cuius pater senatu motus est antequam iste[1] nasceretur. si quis conceptus quidem sit, antequam pater eius senatu moueatur, natus autem post patris amissam dignitatem, magis est ut quasi senatoris filius intellegatur: tempus enim conceptionis spectandum plerisque placuit.
2 Si quis et patrem et auum habuerit senatorem, et quasi filius et quasi nepos senatoris intellegitur. sed si pater amiserit dignitatem ante conceptionem huius, quaeri poterit an, quamuis quasi senatoris filius non intellegatur, quasi nepos tamen intellegi debeat: et magis est ut debeat, ut aui potius ei dignitas prosit, quam obsit casus patris.

8 Idem libro sexto fideicommissorum. Feminae nuptae clarissimis per- B. 6, 1, 8. Ep. 14, 36 *P*
sonis clarissimarum personarum appellatione continentur. clarissimarum feminarum nomine senatorum filiae, nisi quae uiros clarissimos sortitae sunt, non habentur: feminis enim ‖ dignitatem clarissimam mariti tribuunt, parentes uero, donec plebeii nuptiis fuerint copulatae: tamdiu igitur clarissima femina erit, quamdiu senatori nupta est uel[2] clarissimo aut separata ab eo alii inferioris dignitatis non nupsit. f. 31′

9 Papinianus libro quarto responsorum. Filiam senatoris nuptias liberti secutam B. 6, 1, 9 *Pf*
patris casus non facit uxorem: nam quaesita dignitas liberis propter casum patris remoti a senatu auferenda non est.

10 Ulpianus libro trigensimo quarto ad edictum. Liberos senatorum accipere de- B. 6, 1, 10 *S*
bemus non tantum senatorum filios, uerum omnes, qui geniti ex ipsis exue liberis eorum dicantur, siue naturales siue adoptiui sint liberi senatorum, ex quibus nati dicuntur. sed si ex filia senatoris natus sit, spectare debemus patris eius condicionem.

11 Paulus libro quadragensimo primo ad edictum. Senatores licet in urbe do- B. 6, 1, 11 *S*
micilium habere uideantur, tamen et ibi, unde oriundi sunt, habere domicilium intelleguntur, quia dignitas domicilii adiectionem potius dedisse quam permutasse uidetur.

12 Ulpianus libro secundo de censibus. Nuptae prius consulari uiro impetrare B. 6, 1, 12 *S*
solent a principe, quamuis perraro, ut nuptae iterum minoris dignitatis uiro nihilominus in consulari maneant dignitate: ut scio Antoninum Augustum Iuliae Mamaeae consobrinae suae
1 indulsisse. Senatores autem accipiendum est eos, qui a patriciis et consulibus Ep. 14, 37 not.
usque ad omnes illustres uiros descendunt, quia et hi soli in senatu sententiam dicere possunt.

X.

℟ DE OFFICIO CONSULIS ℟

1 Ulpianus libro secundo de officio consulis. Officium consulis est consilium B. 6, 2, 1 *E*
1 praebere manumittere uolentibus. Consules et seorsum singuli manumittunt: sed non potest

FP(VU)

[1] ipse? [2] uel] uiro (*ex* ū)?

1 dignitatis est quasi senatoris *bis* F^{ac} | admittitur *P* | dignita'ti's adoptione *F* 2 'a'esse *F* 4 qui *om.* P^a 5 pa'r't'e'ris senatoris *F*, senatoris patris *PU* | natus sit] fit natus *P* 8 senatus P^aU^a | iste] inte F^{ac} 9 senatum P^a 10 comceptionis *F* 11 sen. habuerit (habuit P^a) *PU* 12 sed si] sed et si *P*, *ει δὲ B* | an] tanquam P^a 13 sinetoris F^1 | intelle'gatur quasi nepos tamen intelle'gi F^2 14 aui] abi F^1 | pro'po'sit *F* 18 tribuuntur P^a | uero *bis* F^{ac} | fuerunt *P* | copulutae F^1 19 igitur *om.* P^a 21 papiamnus F^{ac} | responsorum *om.* P^a 24 libero P^a 25 senatori fil. P^a | exue] uel ex *PVU* 26 sint] *FU*, sunt *PV* | dicuntur] nascuntur P^a, dicantur *V* 28 se'd'natores *F* 29 dom. hab. int. *PU* 30 uideatur *PVU* 31 inputare P^a 32 it'a'erum *F* 33 maneant 'm' dign. *F* | anthonium *P* | augustum gmen iuliae mammae P^a 34 'se'natores F^2 | est *om.* *P* 35 omnes ill. uir.] homines uiros ill. *P* | quia et] qui P^a | senatus sententia P^a 39 singulari P^a

is, qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere: separatae enim sunt manumissiones. sane si qua ex causa collega manumittere non poterit infirmitate uel aliqua
2 iusta causa impeditus, collegam posse manumissionem expedire senatus censuit. Consules apud se seruos suos manumittere posse nulla dubitatio est. sed si euenerit, ut minor uiginti annis consul sit, apud se manumittere non poterit, cum ipse sit, qui ex senatus consulto consilii[1] causam examinat: apud collegam uero causa probata potest.

XI.

℟ DE OFFICIO PRAEFECTI PRAETORIO ℟

1 Aurelius Arcadius Charisius magister libellorum libro singulari de officio praefecti praetorio. Breuiter commemorare necesse est, unde constituendi praefectorum praetorio *offici origo manauerit. ad uicem magistri equitum praefectos praetorio antiquitus institutos esse a quibusdam scriptoribus traditum est. nam cum apud ueteres dictatoribus ad tempus summa potestas crederetur et magistros equitum sibi eligerent, qui adsociati participales curae ad militiae gratia[2] secundam post eos potestatem gererent: regimentis rei publicae ad imperatores perpetuos translatis ad similitudinem magistrorum equitum praefecti praetorio a principibus electi sunt. data est plenior eis[3] licentia ad disciplinae publicae emenda-
1 tionem. His cunabulis praefectorum auctoritas initiata in tantum meruit augeri, ut [B.6,4,1] appellari a praefectis praetorio non possit. nam cum ante quaesitum fuisset, an liceret a praefectis praetorio appellare et iure liceret et extarent exempla eorum qui prouocauerint: postea publice sententia principali lecta appellandi ‖ facultas interdicta est. credidit enim f. 32 princeps eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide et grauitate ad huius officii magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia ac luce dignitatis
2 suae, quam ipse foret iudicaturus. Subnixi sunt etiam alio priuilegio praefecti praetorio, ne a sententiis eorum minores aetate ab aliis magistratibus nisi ab ipsis praefectis praetorio restitui possint.

XII.

℟ DE OFFICIO PRAEFECTI URBI ℟ PE

1 Ulpianus libro singulari de officio praefecti urbi. Omnia omnino crimina prae- [B.6,4,2] (P)
fectura urbis sibi uindicauit[4], nec tantum ea, quae intra urbem admittuntur, uerum ea quoque, quae extra urbem intra Italiam[5], epistula diui Seueri ad Fabium Cilonem prae-
1 fectum urbi missa declaratur. Seruos qui ad statuas confugerint, uel sua pecunia emptos
2 ut manumittantur, de dominis querentes audiet. Sed et patronos egentes de suis libertis
3 querentes audiet, maxime si aegros se esse dicant desiderentque a libertis exhiberi. Rele-
4 gandi deportandique *in* insulam, quam imperator adsignauerit, licentiam habet. Initio eius-

FP(VU)

[1] ex sententia consilii (*Hotomannus*)? [2] qui adsociati participales ad curas militiae gratia? [3] data pleniore eis (*u. i.*)? [4] a praefectura urbis sibi uindicari? [5] intra Italiam] *firmant B: fuitne* intra c̄ lapidem?

1 is qui] quia P^a, qui P^bU | sed paratae P^a | enim *om.* F^1 4 nullo P^a 6 conciliii *PU* | examinat F^2 | probate P^a 10 ureuiter F^{ac} 11 offici] *Brencmannus;* officio *libri* 12 apud] p̄ P^a 13 credere tur F^b | elige re nt F^b, elegerint *P*, elegerunt *V* | qui adsoc.] quia soc. *P*| participali cura a (*om.* a P^bU, *inc. V*) militiae gratia *PVU* 14 eos] els F^{ac} | potestate m F^2 15 perpetuo *P*, perpetuo meritis *U* | translapis F^1 | praefectu P^a 16 data est plenior e is F^2, data est eis pleniore P^a, data eis pleniore P^bVU 17 cunabilis F^1 | inatiata F^b 18 *fuisset* F^2 19 appellari *PVU* 21 indu s triam F^1 | explorati P^a 22 iudicatores *P* 23 subnixe P^a | praefecti praetorio] proprias P^a 27 urbi] F^1, urbis F^2 *cum ind. PVU, et sic fere libri praeter F* 28 praefecti urbi] praefectorum P^a, prou̅ *U* 29 uindicab u it *F* | u r bem F^b | admittitur F^1 30 it aliam F^2 | fauium *F* | praefectum urbi] praetorum *et sic deinceps passim* P^a *similiterque V*, p. u. *U* 31 seruus F^{ac} | statuam *P* 32 manumittant *P* | audiet] audi P^a 33 audiet] audi P^a 34 in insulam] insulam *F* | i m perator F^2 | habe P^a | instio F^{ac}

dem epistulae ita scriptum est: 'cum urbem nostram fidei tuae commiserimus': quidquid igitur intra urbem admittitur, ad praefectum urbi uidetur pertinere. sed et si quid intra centensimum miliarium admissum sit, ad praefectum urbi pertinet: si ultra ipsum lapidem, egressum est praefecti urbi notionem. Si quis seruum suum adulterium commisisse dicat in uxorem suam, apud praefectum urbi erit audiendus. Sed et ex interdictis quod ui aut clam aut interdicto unde ui audire[1] potest. Solent ad praefecturam urbis remitti etiam tutores siue curatores, qui male in tutela siue cura uersati grauiore animaduersione indigent, quam ut sufficiat eis suspectorum infamia: quos probari poterit uel nummis datis tutelam occupasse, uel praemio accepto operam dedisse ut non idoneus tutor alicui daretur, uel consulto circa edendum patrimonium quantitatem minuisse, uel euidenti fraude pupilli bona alienasse. Quod autem dictum est, ut seruos de dominis querentes praefectus *audiat, sic accipiemus non accusantes dominos (hoc enim nequaquam seruo permittendum est nisi ex causis receptis) sed si uerecunde expostulent, si saeuitiam, si duritiam, si famem, qua eos premant, si obscenitatem, in qua eos compulerint uel compellant, apud praefectum urbi exponant. hoc quoque officium praefecto urbi a diuo Seuero datum est, ut mancipia tueatur ne prostituantur. Praeterea curare debebit praefectus urbi, ut nummularii probe se agant circa omne negotium suum et temperent his, quae sunt prohibita. Cum patronus contemni se a liberto dixerit uel contumeliosum sibi libertum queratur uel conuicium se ab eo passum liberosque[2] suos uel uxorem uel quid huic simile obicit: praefectus urbi adiri solet et pro modo querellae corrigere eum. aut comminari aut fustibus castigare aut ulterius procedere in poena eius solet: nam et puniendi plerumque sunt liberti. certe si se delatum a liberto uel conspirasse eum contra se cum inimicis doceat, etiam metalli poena in eum statui debet. Cura carnis omnis ut iusto pretio praebeatur ad curam praefecturae pertinet, et ideo et forum suarium sub ipsius cura est: sed et ceterorum pecorum siue armentorum quae ad huiusmodi praebitionem spectant ad ipsius curam pertinent. Quies ‖ quoque popularium et disciplina spectaculorum ad praefecti urbi curam pertinere uidetur: et sane debet etiam dispositos milites stationarios habere ad tuendam popularium quietem et ad referendum sibi quid ubi agatur. Et urbe interdicere praefectus urbi et qua alia solitarum regionum potest, et negotiatione et professione et aduocationibus et foro, et ad tempus et in perpetuum: interdicere poterit et spectaculis: et si quem releget ab Italia, summouere eum etiam a prouincia sua. Diuus Seuerus rescripsit eos etiam, qui illicitum collegium coisse dicuntur, apud praefectum urbi accusandos. [Pom. 46, 11 not.] [(Pom.)] f. 32'

2 Paulus libro singulari de officio praefecti urbi. Adiri etiam ab argentariis uel aduersus eos ex epistula diui Hadriani et in pecuniariis causis potest. [B. 6, 4, 3] (P)

FP(VU)

---

[1] aut unde ui adiri? [2] liberosue?

---

1 quodquid F^a 2 p'e'raefectum F | sed et] sed PVU 4 egressus P^a | praefecti urbi notionem] .... notio praetorum non est P_2 praefecti urbis notio .. n̄ ē U, praefecti urb̄ nocio non est V | commi'si'sse F^2 5 apud praefectum] ap̄fectum P^a, a praefecto P^b | et ex] F^2, et et F^1, ex PVU 6 sole'n't F^2 7 uersat'a'i F 8 eis] ei P^a | infamia's' F | probare P | potuit P^a 9 occupasset P^a | aliqui F^1 10 uel ... 11 alienasse *bis* F^{ac} 11 audiet FPV | sic] sis F^{ac} 13 expostulant F^a | seuitiam F, seuitia PU | duritia PU | fame PU | qu'a' eos 'con'premant F^2, que eos premant PU^a 14 in qua] FP^a?, in quam P^bVU^a, iniquam V^aU^b | comp'u'lerint F^2 | expona'n't F^2 15 tueantur PU 17 omnem P^a | conten.i P^a 18 conciuium F^1 | possum F^1 19 quid huic] qui uhic P^a / *urbi*] FP^a, urbis P^b 20 modo'd' F | querell'a'e F^b 21 in poenam PVU 22 eum contra se *om.* P^a | noceat P^a | poenam PU 23 debeat PU | ut] et *ut uid.* P^a | raebeatur F (*suppl. f*) | pertinet] praeti... P^a 24 et ideo et] ideoque P, et ideo VU | pecorum P^a 25 praebationem F^1, probitionem U | pertinet PU^a | pupalarium F^1 26 disciplinam P^a | spectaculurum F^1 | curam] carem F^1 27 etiam] adiciam P^a | dispositurus P^a | pupularium F^{ac} 28 quod P^a | urbem P^bVU, ubem P^a 29 qualia F, καὶ μέρους αὐτῆς B (*Anon.*) | solitarium P^aU | et professione *bis* F^{ac}, professione (*om.* et) PVU 30 potuit P^a | 's'pectaculis F 31 a prou.] prou. P | dibus F 32 quillicitum F | cogisse P^a, coegisse P^bU 33 paulos F^1 | de in off. P^a | etiam] et P^a 34 ex *om.* P^aU

3 ULPIANUS libro secundo ad edictum. Praefectus urbi cum terminos B. 6, 4, 4. Ep. 14, 18 *E*
urbis exierit, potestatem non habet: extra urbem potest iubere iudicare.

XIII.
℟ DE OFFICIO QUAESTORIS ℟

1 ULPIANUS libro singulari de officio quaestoris. Origo Lydus de mag. 1, 24. 28. B. 6, 6, 1 (*P*
quaestoribus creandis antiquissima est et paene ante omnes magistratus. Gracchanus deni- 6
que Iunius libro septimo de potestatibus etiam ipsum Romulum et Numam Pompilium binos
quaestores habuisse, quos ipsi non sua uoce, sed populi suffragio crearent, refert. sed
sicuti dubium est, an Romulo et Numa regnantibus quaestor fuerit, ita Tullo Hostilio rege
quaestores fuisse certum est: et sane crebrior apud ueteres opinio est Tullum Hostilium 10
1 primum in rem publicam induxisse quaestores. Et a genere quaerendi quaestores initio
2 dictos et Iunius et Trebatius et Faenestella scribunt. Ex quaestoribus quidam solebant
prouincias sortiri ex senatus consulto, quod factum est Decimo Druso et Porcina[1] consu-
libus. sane non omnes quaestores prouincias sortiebantur, uerum excepti erant candidati
3 principis: hi etenim solis libris principalibus in senatu legendis uacant. Hodieque optinuit 15
indifferenter quaestores creari tam patricios quam plebeios: ingressus est enim et quasi
4 primordium gerendorum honorum sententiaeque in senatu dicendae. Ex his, sicut dicimus[2],
quidam sunt qui candidati principis dicebantur quique epistulas eius in senatu legunt.

XIIII.
℟ DE OFFICIO PRAETORUM ℟ 20

